Berliner Studien für classische Philologie u. Archaeologie

BERLINER STUDIEN

FÜR

CLASSISCHE PHILOLOGIE UND ARCHAEOLOGIE.

Achter Band.

BERLIN 1889.

VERLAG VON S. CALVARY & CO.

INHALT.

BERLINER STUDIEN

FÜR

CLASSISCHE PHILOLOGIE UND ARCHAEOLOGIE.

ACHTER BAND.

ERSTES HEFT.

OBSERVATIONES IN CASSIUM DIONEM

SCRIPSIT

JOANNES MAISEL,

PH. DR.

BERLIN 1888.

VERLAG VON S. CALVARY & CO.

OBSERVATIONES IN CASSIUM DIONEM.

SCRIPSIT

JOANNES MAISEL.

PH. DR.

BERLIN, 1888.

VERLAG VON S. CALVARY & CO.

Observationes in Cassium Dionem.

Quae ex Cassii Dionis rerum Romanarum libris octoginta ad hunc diem permanserunt, ex multis maioribus minoribusve partibus sunt composita, non eodem cuncta die, sed disiecta variis temporibus iisque magnis inter se intervallis seiunctis inventa. Quarum partium quando prima in manus philologorum pervenerit, minime liquet; verumtamen verisimile putes, hoc seculo quinto decimo factum esse, quo Aurispa, Bessarion, Cyriacus aliique homines docti colligendis scriptorum veterum codicibus manuscriptis magnam neque irritam operam dederunt. Nobis vero qui noti sunt, eorum primum Leonicenus[1]) libros XXV in lucem protulit eosque ex Graeca in Italicam linguam translatos. Cuius editionis exemplaria cum Nicolai[2]) anni 1526, Reimarus[3]) anni 1542 commemorent, mihi praesto est aliud, quod Venetiis anno 1533 prelum subiit „opera nuovamente venuta in luce". Neque vero qui huic volumini praefationes praemittunt, quicquam de eo codice disserunt, quo usus est Leonicenus; quamobrem quae comparanti mihi illius versionem cum aliorum editionibus memorabilia sunt visa, paucis exponere mihi liceat.

Non parvi momenti ea essent, quae Robertus Stephanus[4]),

---

[1]) „Historia delle guerre et fatti de Romani. Tradotto di Greco in lingua vulgare per M. Nicolo Leoniceno."

[2]) „Griechische Litteraturgeschichte in neuer Bearbeitung", Magdeburg 1873—78.

[3]) „Cassii Dionis Cocceiani historiae Romanae quae supersunt" ed. Hermannus Samuel Reimarus. Hamburgi 1750.

[4]) „Τῶν Δίωνος Ῥωμαικῶν ἱστοριῶν εἰκοσιτρία βιβλία . . . Lutetiae, ex officina Rob. Stephani" . . . 1548.

cui editionem principem Graecam Dionis debemus, de Leoniceni versione dicit, cum ex ipsius Roberti castigationibus non dubium sit, quin illa versio in eius manibus fuerit; dicit enim, Leonicenum alio ac se codice usum esse. Sed Robertum obiter tantum hanc versionem inspexisse iam Reimarus cognovit. Quod facile demonstrari poterit, si primum eos locos, quorum in lectione Leonicenum a se discrepare Robertus dicit, deinde nonnullos alios perlustrabimus.

Primus horum locorum est in libri 39 c. 34, ubi codices: πρὶν ὁτιοῦν τῶν ἑωνουμένων, quod depravatum est. Leonicenus hunc locum ita reddit: „avanti che dicesse niente di quello ch' era necessario". Editores huic loco alii aliter mederi student; Leunclavius[1]), τῶν εἰκότων λέγειν, Pflugk (emendationes ad D. C. Zeitschrift für Altertumswissenschaft von Bergk & Caesar, Cassel 1846): τῶν Τρεβωνίου νόμων vel τῶν καινοτομουμένων μεμνῆσθαι, H. J. Heller (Philologus 1864, 149) τῶν προσκειμένων εἰπεῖν, Bekker[2]), Grosius[3]), Dindorfius[4]) πρὶν καὶ ὁτιοῦν τῶν ἐπειγόντων εἰπεῖν. Mihi coniecturarum Leunclavii et Bekkeri partes coniungendae videntur, ut legam: τῶν εἰκότων εἰπεῖν, quod εἰπεῖν post εἰκότων propter pares initii literas facile omitti potuit et quod ἐπειγόντων εἰπεῖν longius spatium quam pro ἑωνουμένων occupare mihi videtur. Cum autem omnes coniecturae eundem fere sensum praebeant, eum, qui ipsius Leoniceni versione exprimitur, non video cur hoc loco huic versioni alius codex supponendus sit.

Non aliter res se habere videtur in libri 40 c. 41, ubi codices: πεσὼν δὲ ἐς τὸ γόνυ τώ τε χεῖρε ποιήσας, quod recentiores editores mutant in πιέσας. Cum Leonicenus hunc locum vertat „elevando le mani", apparet, eum nonnisi tentare voluisse, quo-

---

[1]) „Dionis Cassii Cocceiani historiae Romanae libri XLVI, partim integri, partim mutili, partim excerpti: Joannis Leunclavii studio tam aucti quam expoliti . . . . Hanoviae 1606."

[2]) „Cassii Dionis Cocceiani rerum Romanarum libri octoginta ab Immanuele Bekkero recogniti. Lipsiae 1849."

[3]) „Histoire Romaine de Dion Cassius . . . Par E. Gros. Ouvrage continué par V. Boissée. Paris 1845—1870."

[4]) „Dionis Cassii Cocceiani historia Romana. Cum annotationibus Ludovici Dindorfii. Lipsiae 1863—1865."

modo huic loco medicinam adhibere posset. Neque vero hoc ei contigisse puto. Deos enim superos invocantium mos erat, ut manus tollerent, Caesari autem in solio sedenti supplicantem illum regem Arvernorum manus tollere non oportuit. Immo putes eiusmodi gestum prorsus alienum fuisse a moribus Vercingetorigis, qui ne supplex quidem regium habitum deposuit. Eadem de causa auxilio, quod nobis Homerus afferre videtur (χεῖρε πετάσσας, Od. ε, 374, l, 417, Il. Ξ 495) uti non poterimus, praesertim cum neque πετάσας neque compositum ἐκπετάσας, quod alii scriptores prosae orationis crebrius quam verbum simplex adhibent, apud Dionem inveniatur. Grosius auctor est in codice Vat. 993 scriptum esse πιέσας, quam lectionem ille „très bon pour le sens“ dicit. Equidem ei assentiri nequeo, quamvis recentiores editores illam lectionem acceperint et Napoleo[1]) quoque in rebus Caesaris describendis eam secutus narret: „der gallische Führer fiel vor Cäsar auf die Knie und flehte ihn durch Händedruck an, ohne ein Wort hervorzubringen“. Quid? Caesaris manus ille supplex Vercingetorix presserit? Nam πιέζειν est premere, non stringere et contorquere manus, quod Sturzius[2]) vult. Immo unus gestus, qui ad Vercingetorigis condicionem convenire mihi videtur, is est, quem Graeci γουνάζεσθαι vocant. Videamus, quae verborum emendatio eiusmodi condicioni respondeat. Accedit res non parvi momenti. Dio hoc loco et in l. 58 c. 18 forma ἐδέετο pro ἐδεῖτο utitur, quod iam Dindorfio tam non placuit, ut illud vocabulum utroque loco in ἐδεῖτο mutaret. Magis etiam illo inusitato vocabulo mirum mihi videtur, quod verbum δέομαι hoc loco absolute adhibetur, cum nullus alius locus eiusmodi usum approbet. Namque δέομαι nusquam significat supplicem esse, sed petere aliquid ab aliquo, et plane desunt hoc loco ea verba, quae dicant, quid petiverit et a quo. Cum autem antea Vercingetorix narretur omnino nihil dixisse, idem petiisse ita, ut verbum ἐδέετο significat, putari non potest, sed nonnisi tacito gestu usus Caesarisque genua amplexus esse.

---

[1]) „Geschichte Julius Cäsars. Autorisierte deutsche Übersetzung“. Wien 1865. II, pag. 303. — cf. Addenda II.

[2]) „Dionis Cassii Cocceiani historiarum Romanarum quae supersunt“ ed. Fridericus Guilielmus Sturzius. Lipsiae 1824—1843.

Itaque propono hanc lectionem: πεσὼν δὲ ἐς γόνυ τὼ χεῖρε Καίσαρος ποσὶ προςέθετο. Nam Καίσαρος post χεῖρε omissum esse verisimile putes, nec minus ποιήσας ἐδέετο ex ποσὶ προςέθετο ortum esse, qua re etiam illud ἐδέετο cur hoc loco pro ἐδεῖτο positum sit facilius intellegamus. Neque quisquam offendi potest, quod pedes hoc loco pro genibus vel cruribus ponuntur, cum hoc apud scriptores et Graecos et Latinos non minus saepe factum esse videamus, quam manus pro brachiis, velut hoc eodem nostro loco. Verbum προςτίθεσθαι denique explicant lexicographi alicui aliquid de se inferre, velut πόλεμον προςτίθεσθαι apud Herodotum. Conferas apud Dionem nostrum l. 42 c. 3: προςτρόπαιον καὶ ἑαυτοῖς καὶ τῇ Αἰγύπτῳ πάσῃ προςέθεντο. Non dubito igitur huius verbi propria vi hoc loco uti.

In l. 41 c. 44 lectionem codicum τό τε καινὸν τοῦ πολέμου cum vertat „il tempo della guerra" Leonicenus recte emendavisse mihi videtur; nam legendum est τόν τε καιρὸν τοῦ πολέμου, quod etiam in codice Vaticano 144 inveniri Grosium fugit. Leonicenum autem non hunc codicem in vertendo secutum esse infra demonstrabo.

In l 42 c 5 Med. 70, 8, Vat. 144, Par. 1690, quod Grosius dicit, habent: νικήσας μὲν πολεμῶν πολλὰς ἐν τῇ Ἀφρικῇ, πολλὰς δὲ καὶ ἐν Ἀσίᾳ τῇ τε Εὐρώπῃ, ceteri codices: νικήσας πολέμους μὲν — πολλοὺς δέ. Parum accurate Grosius codicum lectiones enumerat; nam R. Stephanus, qui codicem Par. 1689 magna fide sequitur, habet: καὶ νικήσας πολλοὺς μὲν ἐν τῇ Ἀφρικῇ, πολλοὺς δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῇ τε Εὐρώπῃ παραδόξους — ἀνελόμενος, et quod dicit: „je suis pour ce passage la leçon de Robert Estienne", id non ad textum Stephani, sed ad eius castigationes referendum est (καὶ νίκας πολλὰς μὲν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, πολλὰς δὲ etc.). Leonicenus: „il quale haveva ottenute tante vittorie ed in Africa e nella Asia e nella Europa", id quod Dionem dicere voluisse perspicuum est. Dindorfius habet: καὶ νικήσας μὲν πολέμῳ — πολλὰς ἐν τῇ Ἀφρικῇ, πολλὰς δὲ καὶ ἐν Ἀσίᾳ etc., lacunam post πολέμῳ esse ratus, quod mihi non necessarium videtur. Henricus Stephanus sequitur Roberti coniecturam, quam etiam Reimarus, Sturzius, Bekker accipiunt. Mirum est, quod Reimarus ad hunc locum dicit: „Codex V. a (id est Venetus 395) videtur Roberti emendationem comprobare", cum hic codex a libri 44 c. 35 demum exordium sumat (cf. Gros, tome I, pag. XLI; Boissevain, de Cassii Dionis libris manuscriptis, Mnemosyne

1885, pag. 329). R. Stephanus emendans hunc locum hac ratione utitur: „Cum imperitus scriba νίκας παραδόξους dici posse non crederet, ex nomine insertis duabus literis fecit participium et ex πολλάς — πολλούς". Hoc satisne recte conclusum sit dubito; nam si scriba ille imperitus νίκας παραδόξους falsum putavisset, παραδόξας opinor scripsisset nec plura mutavisset. Neque vero R. Stephanus illam sententiam obtinuisset, si ceterorum lectiones codicum cognovisset. Cum enim omnes codices et in eis, si Grosio fidem habemus, Med. 70, 8 melioris notae praebeant νικήσας, nescio an de errore scribae cogitare nobis liceat, sed hoc participium servandum esse puto. Minus confirmatum est vocabulum πολεμῶν, quod plurimi codices, in quibus Med. 70, 10 auctoritate quadam non carens, mutant in πολέμους neque ego servare velim, quod πολεμῶν post νικήσας omni vi careret. Itaque emendo: νικήσας μὲν πολέμους πολλοὺς ἐν τῇ Ἀφρικῇ, πολλὰς δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῇ τε Εὐρώπῃ νίκας παραδόξους ἀνελόμενος. Cum enim etiam alio loco apud Dionem (76, 10) legamus: τοὺς πολέμους δι' ἑτέρων νικῶν, hoc quoque loco non offendor eiusmodi dicendi genere. In posteriore parte substantivum νίκας (πολλὰς pro πολλοὺς substituens) apposui; nam etsi πόλεμον ἀνελέσθαι et Dionis et aliorum scriptorum locis[1]) confirmatur, tamen hoc magis ad bella suscipienda quam ad feliciter componenda referendum et ob eam rem huic loco minus concinnum videtur, praesertim cum νίκας ἀνελέσθαι saepius[2]) apud Dionem inveniatur.

Depravatum est etiam quod in l. 48 c. 21 codices praebent: τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀμελεῖσθαι. R. Stephanus, Leunclavius, Reimarus, Sturzius emendant: ἀφελέσθαι, Xylander, Grosius, Bekker, Dindorfius ἀνελέσθαι, Wagner vertit „seinen Kopf auszugraben", Xylander: „caput effossum", Leonicenus: che armasse il capo suo. Utcunque hic locus emendatur, sensus semper idem est, qui in Wagneri quoque et Xylandri versionibus apparet. Leonicenus autem

---

[1]) 42, 20, 2: τοὺς γοῦν πολέμους . . . καθ' ἑαυτὸν ἀνείλετο. 48, 12, 4: τὸν πόλεμον αὖθις ἀνείλοντο. 50, 3, 2: τόν τε πόλεμον ἀνείλετο. Xen. An. 5, 7, 27: οὐκ ἔσεσθε κύριοι ἀνελέσθαι πόλεμον. Her. 5, 36: οὐκ ἔα πόλεμον βασιλέϊ τῷ Περσέων ἀναιρέεσθαι.

[2]) 43, 41, 2: ταύτην τὴν νίκην ἐσχάτην ἀνείλετο. 43, 44, 4: ὅταν νίκην τινὰ τοιαύτην ἀνέλωνται.

quid cogitaverit vertens hunc locum, omnino non video; neque enim ullam significationem verbi Italici „armare" invenire potui, quae huic loco conveniat, nisi forte Leonicenus Sextium putavit a tauro illo iussum esse suum ipsius caput armare, quod et a verbis sequentibus ἐπὶ κάμακος φέρειν plane abhorret et praeterea nescio an insolentius dictum sit. Atque adeo putem illum, cum verba codicis omnino non intellegeret, temere illo vocabulo usum esse. Hoc enim minime abhorret a Leoniceni genere dicendi, de quo infra dicam. Quod attinet ad emendationem huius loci, praeferam ἀνελέσθαι. Nam in vocabulo ἀφελέσθαι inest praecipue significatio amovendi idque per vim vel iniuriam, quod alienum est ab nostro loco. Ἀνελέσθαι autem hic significat ex humo in lucem proferre et sibi sumere. Coniectura Oddeii, quam Reimarus affert, τημελεῖσθαι = caput curare, mihi neque ex sensu loci defendi posse videtur neque etymologice, cum illud vocabulum apud alios nunquam genere verbi medio flexum, apud Dionem omnino non inveniatur.

Leonicenum verba quidem Dionis libere reddidisse, sententiam vero plerumque intellexisse, videmus etiam in l. 50 c. 20. Codices habent: οἱ καὶ πρὶν κρατῆσαί τι πεποιηκότες, quod Leonicenus reddit: „che feciono molta crudeltà avanti che fussino vincitori". Cum enim antea interrogatum sit: Num victores illi in nos clementer consulent? nihil aliud sequi potest, quam quod significat: qui nondum parta victoria inclementer egerunt. Quod autem Sturzius ad hunc locum annotat: „nihil mutandum videtur, modo τι explicetur ‚aliquid gravius'. Saepe enim δεινόν vel simile omittitur, ut apud Demosthenem p. 555, 11" — probare nequeo. Cum enim antea vocabulo φείσονται respondeat μὴ πεφεισμένοι, deinde verbis ἀφέξονται τῶν ἡμετέρων — δεδασμολογηκότες, fieri non potest, quin etiam vocabulo φιλανθρωπεύσονται certum aliquod verbum neque gravitate quadam carens opponatur. Sturzius, Bekker, Dindorfius ob eam rem pro indefinito interrogativum τί posuerunt, Leunclavius autem coniecit: τοιάδε. In utraque lectione igitur cum mihi sani aliquid inesse videatur, legere velim: ποῖα οὐ, quae vocabula ante πεποιηκότες facile omitti potuerunt. Nec vero vocabulum τι omittendum puto, quod optime ad κρατῆσαι convenit (priusquam ullam victoriam pepererunt), ut textus hoc modo constituatur: οἱ καὶ πρὶν κρατῆσαί

τι ποῖα οὐ πεποιηκότες; — Hoc loco non omittam coniecturam a viro doctissimo quodam mihi propositam: τί πολέμιον οὐ πεποιηκότες. Quae adiuvari videtur nonnullis locis, velut 37, 7 οὔτε πρὸς τὸν Φραάτην πολέμιον τι ἔτ' ἔπραξε, 71, 12: μηδὲν ἔτι πολέμιον — πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πρᾶξαι, fr. 74 (apud Dind.) καὶ πολέμιον οὐδὲν ἀποδεδειγμένον εἶχε, 42, 9 μηδὲν ἔτι πολέμιον καταλείπεσθαι νομίζων. Sed in duobus horum locorum (fr. 74 et 42, 9) πολέμιον significat πολέμιον χωρίον, quod ad nostrum locum non convenit, in duobus ceteris pariter quidem ac nostro loco infestum aliquid factum esse narratur, sed simul additur, in quem infestum illud factum sit, cum nostro loco hic necessarius terminus prorsus desit. Qua de causa dubito illud de hoc loco acute coniectum accipere; certe ἡμῖν vel πρὸς ἡμᾶς vel simile aliquid adiectivo πολέμιον apponendum esset.

In l. 52 c. 14 denique R. Stephanus ipse dicit etiam apud Leonicenum lacunam esse.

Horum igitur locorum ex nullo effici posse mihi videtur a Leoniceno unum ex eis codicibus, qui hodie quoque extant, omnino non posse esse translatum. Immo vero libere eum atque interdum parum diligenter verba Graeca reddidisse cum ex aliis tum ex his locis potest intellegi. In l. 37 c. 37 scriptum est: οὐδ' ἔμελέν οἱ τῆς αὐτίκα ταπεινότητος πρὸς τὴν ἐκ τοῦ ἔπειτα ἰσχύν· ἀλλ' ὧν ἐπεχείρει πρωτεῦσαι, τούτους ὡς καὶ κρείττονας ὑπήρχετο. Tota autem Leoniceni versio constat ex his verbis: „non faceva stima di humiliarsi nel principio pur che potesse dipoi signoreggiare li altri“. Non dubium est, quin his verbis sensus totius loci contineatur, verborum Dionis autem parum ratio sit habita. In l. 39, 20 codices partim ἀκούσασθαι θέλοντες, partim ἀκέσασθαι θελήσαντες praebent, quae verba Leon. prorsus praetermittit. In l. 39, 35 vertit „Nino“ pro Ninnio, in eiusdem libri c 45 et 47 vertit „Idiux“, ubi codices Ἰδουΐξ pro Οὐιριδουίξ praebent (fortasse primas literas huius nominis proprii Ουιρ — existimantes Latinum nomen appellativum „vir“) et „Teveri“, ubi in codicibus Τριηρῶν (apud R. Steph. Τριήρων, quod Grosius omittit) est pro Τριουήρων sive Τρεουήρων. In l. 39 c. 50: ὡς ἕκαστοι σχολῆς ἢ καὶ φιλολογίας εἶχον, Leon.: „ma seguitando alcune conietture e ragioni assegnate d'altrui“. In l. 40, 27 textus verba praebet: ἀμύναντές σφισι, quae Leonicenus

omittit. — Omnes hos errores, quos multis aliis augere possum, alicui codici mirum in modum mendoso tribuendos esse mihi multo minus verisimile videtur, quam illo tempore, quo tum primum versiones veterum auctorum eaeque plurimae in lucem prodierunt, in vertendo diligentiam minorem esse collocatam, quod criticorum ars minus metuebatur.

Quod si nunc quaerimus, quisnam codex Leoniceni fuerit, imprimis nobis in mentem venit illorum duorum Venetorum 395 et 396, cum Venetiis Leoniceni versio edita sit. Videamus, hosne ad codices illa versio referri possit. In l. 52, 20 est lacuna apud Leonicenum: „per la altezza del nome suo * e dimorando un certo tempo in vita privata etc.“ Haec lacuna in eis numeranda est, quas deficiente Veneto 395 codices deteriores maxime ex Xiphilino explent (cf., quae infra de hac re dicam). Non recte Grosius dicit, lacunam illius codicis vocabulo νομίσῃς finitam esse, cum codex a verbis (φρονή-)ματι γενόμενοι demum rursus incipiat (cf. Boissevain pag. 330). Signum lacunae autem invenitur (cf. Grosii notam ad hunc locum) etiam in codice Parisino R. Stephani, in Vat. 993, in Taur. 76, in Med. 70, 10. Verisimile putes, librarios horum codicum signo lacunae notare voluisse illam in Ven. inventam, quam ipsi expleverunt, lacunam. Leoniceni versio incipit a libro 37, Med. 70, 10 autem a libro 42 demum; de hoc igitur non amplius cogitandum est. At cod. Taur. 76 in initio non minus quam in fine cum Leoniceno consentit. Sed hic quoque a Leoniceno alienus est. Nam in l. 37, 49 in Taur. desunt verba καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτῷ παντ᾽ ἐπικυρωθῆναι. Leonicenus autem: „e che tutte le cose fatte da lui fusseno confirmato dal senato“. Deinde in l. 37, 56 in Taur. desunt verba: καὶ ὑπὲρ ἀμφοτέρους τιμηθήσεσθαι. Leonicenus autem ea reddit: „e che sarebbe honorato sopra tutti dui“. Eadem verba desunt in cod. Vat. 993. Hic codex in l. 40, 3 pro καὶ κατέδεισαν habet κατέδυσαν, Leonicenus autem: „allhora i barbari temerno“; item in eiusdem libri c. 14 καὶ τὴν Μεσοποταμίαν σατραπίαν κατέσχον pro σατραπείαις, ubi Leon.: „occuporono la Mesopotamia con satrapi“. In c. 28 Vat. habet ἀφ᾽ οὗπερ Κράσσος pro Κάσσιος, Leon. autem „Cassio“. Nempe hic error codicum nonnullorum facile emendari poterat; in c. 29 enim in Vat. item Κράσσος scriptum, sed in margine Κάσσιος adscriptum

est, et hoc quoque loco Leon. „Cassio" vertit. In c. 30 Vat.: ἀνέπεισε δι' ἄλλων, Leon.: per mezzo di messi (ἀγγέλων, quod alii codices habent). In c. 32 Vat.: οὐ μέντοι καὶ ἀπεχώρησε pro ἀπέχρησε, Leon.: „non si messono a rubare". In c. 34 Vat.: πνεῦμα pro πνεῦμα μέγα, Leon.: „uno vento terribile". In c. 47 Vat.: κύνας pro βύας, Leon.: „uno uccello sinistro". In c. 48 Vat.: ὑπατείαν et in margine ὑπατεύων pro ὑπατείαν αἰτῶν, Leon.: „dimandavo il consulato". In c. 49 Vat. omittit καὶ ἐπὶ τὸ βῆμα ἐπέθεσαν, Leon. autem vertit: „lo posono sopra di uno tribunale". In c. 50 Vat. omittit καινοὺς post καταλόγους, Leon. autem habet „che facesse nuova raccoltà di soldati". Haec exempla satis habeo afferre, ut demonstrem, Leonicenum illo codice Vaticano usum non esse. Restat ergo nullus nisi Stephani codex, praesertim cum ceteri primos libros a Leoniceno versos non contineant praeter codicem Venetum 396 aliosque, de quibus infra dicam.

Quod ad codicem Stephani attinet, admoneo primum de illo loco, quem supra commemoravi, l. 52, 20, ubi eadem lacuna et apud R. Stephanum, id est in codice eius, et apud Leonicenum invenitur. Deinde si ad l. 38, 2 transimus, ibi legimus scriptum cum in aliis tribus codicibus, tum in Stephani ἐπηγγέλλετο μὲν ἀεὶ αὐτῷ προβουλεύσειν, in ceteris autem ἐπηγγέλλοντο. Leon.: „sempre gli era risposto: noi ci consiglierono", quod ad illam priorem lectionem convenit. Xylandrum[1]) hoc loco non omittam, qui vertit: „se autores legi futuros pollicebantur", quod a lectione Stephani, cuius textum in linguam Latinam transtulit, discrepare videtur. In l. 38, 49 codex St. et Vesontinus quidam habent: τοιούτῳ τρόπῳ μάχῃ χρησάμενοι, alii codices τοιουτοτρόπῳ, Leon.: „essendo stato in questo modo di combattere". Ad l. 39, 40 affert Grosius septem codices, qui praebent Αἴγρου pro Λίγρου. R. Stephani codicem omittit, quamquam apud illum Αἴγρου scriptum est. Leon. vertit: „le fece portare tra il fiume Ergo", quod — vitiosum more Leoniceni — magis cum Stephani codice quam aliis congruit. Ad l. 39, 45 Grosius annotat, cum alios, tum Stephani codicem habere:

[1]) „Dionis Cassii Nicaei Romanae historiae libri (tot enim hodie exstant) XXV, nimirum a XXXVI ad LXI . . . de Graecis Latini facti Guilielmo Xylandro Augustano interprete. Basileae." (1558.)

ὡς τὰ πάντοτε ἔρυμα διασώσηται, et addit: „Xylandre avait deviné ἔρυμα“, cum Xylander Stephanum sequatur. Ceterum de Xylandro recte dixit, Stephanum autem video habentem: ἔρημα. Leon.: „tanto che la fortezza loro salvò ogni cosa“ i. e. ut fortitudo eorum omnia servaret. Hoc convenit magis ad lectionem Stephani; nam vocabulum ἔρημα Leonicenus non intellexit ideoque omisit in vertendo; si τὸ ἔρυμα in suo codice legisset, hoc reddidisset: il castello.

Huic loco depravato si mederi volumus, reminiscamur imprimis ea, quae Caesar ipse narrat, in Comment. de bell. gall. III, 17: „magna multitudo undique ex Gallia perditorum hominum latronumque convenerat, quos spes praedandi studiumque bellandi ab agricultura et quotidiano labore revocaverat. Sabinus idoneo omnibus rebus loco castris sese tenebat, cum Viridovix contra eum duum millium spatio consedisset quotidieque productis copiis pugnandi potestatem faceret, ut iam non solum hostibus in contemptionem veniret Sabinus, sed etiam nostrorum militum vocibus nonnihil carperetur; tantamque opinionem timoris praebuit, ut iam ad vallum castrorum hostes accedere auderent.“ Quod Caesar consulto ac cogitate Sabinum fecisse narrat, ut speciem timoris praebens opportunitatem aliquam expectaret, id Dio vero timore factum esse refert. Recentiores editores emendant: ὥςτ' ἀγαπᾶν ἐὰν (ἂν) τό γ' ἔρυμα διασώσηται. Sed ita Caesar et Dio non solum de consilio Sabini, sed etiam de factis discreparent, quod equidem putare nolim. Nam si Sabinus castra sua defendere satis superque putavit, quod dicit Xylander, inde consequens esse mihi videtur, in illa castra incursionem factam esse. Quod neque Dio antea narrat et Caesar vel negat factum esse, cum hostes nonnisi ad vallum castrorum accedere ausos esse dicat. Puto enim Caesaris aliquantum interfuisse, ne periculum Sabini minus videretur. His de causis illam editorum coniecturam non probo, sed puto Sabinum eiusque milites iam primo concursu (τὰ πρῶτα) adeo perterritos esse, ut omnes in castra fugerent, et codicum lectione quam possum maxime conservata textum ita constituo: ὥςτε πᾶν τότε ἐς τὸ ἔρυμα διασώζεσθαι (cf. in l. 36, 3 Bkk.: πᾶν τὸ νικῶν).

His locis, quibus alios addere possum, demonstrari potest, codices Leoniceni et R. Stephani non admodum inter se discre-

pare. Neque vero dicam, eundem codicem in utriusque manibus fuisse; sed cum Grosius auctor sit, codicem Venetum 396 non valde differre ab codice Stephani, quod Boissevain confirmat, nescio an hic Venetus Leoniceno praesto fuerit. Videamus, similisne textus huius codicis Leoniceni versioni haberi possit. In l. 40 c. 18 cum alii, tum ille Ven. habent δόρατος μικροῦ pro μακροῦ, Leon.: „hasta piccola". In l 39, 62 Ven.: ἔξω τετῆς Ἰταλίας pro οἰκίας, Leon.: „non hebbe ardimento di partire fuora dell' Italia". In l. 40, 2 Ven.: καὶ σουελλανόν pro Κασουελλανόν, Leon.: „havendo fatto suo capitano Suela". In l. 46, 29 Ven. omittit verba καὶ τῇ τρίτῃ — λεχθέντων, quae Leonicenus quoque non habet. — Neque vero ex his locis certum quidquam concludere audeo. Aliis enim locis lectiones differre videntur (velut 52, 20, de quo supra dixi, 39, 13: Βερονίκη — „Berenice", 40, 20: Ὀσροηνός — „Arroeno", 40, 38: Νοουιδοουνόν — „Novinduno" etc.).

Libros a Leoniceno versos etiam cod. Vesontinus continet. Hic omittit in l. 44, 46 verba: ὅτι οὐδὲν χείρων — ἔπραξε, quae Leon. vertit: „dimostrò non esser fatto peggiore niente in Alessandria ne esser dimorato longo tempo in essa per delitie. Imperò che come potrebbe egli havere fatto quelle coso si facilmente, se non etc.". Aliis locis contra Leonicenus cum Vesontino consentit, velut in l. 45, 17 μετὰ Γαΐου υἱοῦ pro Οὐιβίου (Leon.: „con Gaio suo figliulo") et τοῦ Ἰουλίου θύοντος pro τοῦ Οὐιβίου θ. (Leon.: sacrificendo Julio) etc.

Pariter in comparandis ceteris codicibus exempla possunt afferri Leoniceni versioni et congruentia et repugnantia, eaque non solum in codicibus deterioribus, sed etiam in Ven. 395 illo praestantissimo. Velut in illo l. 44, 46 et 45, 17 modo citato, non minus in l. 44, 52, ubi hic Ven. non, quod plurimi codices, omittit verba Κάσκας — ἐκ τῆς, et Leon. vertit: „Perche uno certo Gaio Casca tribuno intendendo come Cinna era stato morto per la similitudine del nome", et in l. 45, 19, ubi verba καὶ λόγῳ — δεδωκότες in aliis codicibus, neque vero in Ven. 395 neque in Leoniceni versione omittuntur. Si denique codices in l. 46, 18 conferimus, invenimus in hoc Ven. scriptum esse Κερελλίαν (Gros), in altero Ven. autem Κελεαρίαν (Sturz), Leonicenum autem vertisse: „Cerealea", quod ex his duobus lectionibus mixtum esse potest videri.

Duae res nos impediunt, ne, quo codice Leonicenus usus sit, asseverare possimus, et quod liberius atque adeo vitiose saepius vertit, et quod de lectionibus variis codicum Dionis nulla ad hunc diem certa expositio praesto est. De prioribus editoribus ut taceam, decet me hoc loco meritorum Boissevainii mentionem facere, qui, cum plurimos codices summa et diligentia et fide descripserit, tamen ad singulos locos rarius descendit, quam ut auxilium nobis afferre possit. Quod autem ad Grosium attinet, intellegas ex eis, quae nunc afferam, quae fides huius de textu relationi tribuenda sit. Ad l. 39, 50 (ὡς ἕκαστοι σχολῆς ἢ καὶ φιλολογίας etc.) Grosius affert complures codices, in eis R. Stephani, praebere ἑκάστης. Sed Stephanus habet ἕκαστοι. Eodem loco Grosius non videt Stephanum praebentem φιλοτιμίας pro φιλολογίας. Et tamen constat, Stephanum codicem suum in textu prorsus non mutavisse. Non minus falso de Stephani codice refert Grosius in l. 39, 56 (ἐνόσει pro ἐνόει), 40, 11 (Τρηουήριοι), 40 c. 20 (Ὀρροηνός), c. 25 (σκόπῳ). In l. 44, 52 Grosius codicem C (i. e. Vat. 993) et praebentium et omittentium verba Κάσκας — ἐκ τῆς codicum in numero refert. Item in l. 46, 18 Grosio auctore Stephani codex et Κερελλίαν et Κερεαλίαν praebet, cum hoc solum rectum sit, illud autem a Stephano in castigationibus suis postuletur. Ad l. 40, 15 Grosius dicit: „La leçon vulgaire ἀκοντόφοροι (sic!) se trouve dans A, G. Celle, que j'adopte (κοντοφόροι) est confirmée par Nic. Leoniceno: ‚et portano haste in mano'." Lectio ἀκοντοφόροι invenitur etiam apud R. Stephanum; ceterum non intellego, cur haec lectio minus quam Grosii versione Leoniceni confirmata sit. Ad l. 46, 23 annotat Grosius: „Après le mot πολυπραγμονεῖν il y a dans G (i. e. Vesont.) et dans K (Ven. 395) une lacune, qui s'étend jusqu'aux mots αὐτῆς τυχεῖν." Grosii fuit hoc loco nos ubi haec verba inveniantur docere, id quod non prius facit quam ad vocabulum τυχεῖν capitis 43, ubi dicit: „C'est à ce mot que se termine la lacune signalée au ch. 23." Nec vero initium nec finem lacunae diligenter notavit; nam lacunam illam incipere post verba τὸ δὲ, non post πολυπραγμονεῖν, et finem habere ante vocabulum αὐτῆς, non τυχεῖν, auctor est Boissevainius l. c., qui codicem Venetum multo accuratius Grosio contulit. — Haec exempla sufficiant ad fidem Grosii notandam.

Hoc unum denique verisimile dicas, codicem Venetum aut utrumque aut alterum in Leoniceni manibus fuisse. Utrum vero codd. huius aetate eodem modo obtruncati fuerint quo hodie annon, utrum quantumcunque Leonicenus a singulis codicibus differt vitioso vertendi generi tribuenda sit an nostro minori codicum notitiae, eo minus diiudicari potest, quod de hac re ex praefationibus ab aliis compositis omnino nihil cognoscimus.

Ego quae de Leoniceno scripta invenire potui, haec sunt. Natus est Niccolo Leoniceno, ut opinor, Vicetiae[1]), quam Itali „Vicenza" vocant, anno 1428. Clarus ille Ognibene da Lonigo magister ei literarum Graecarum et Latinarum fuit. Cui cum Latina lingua Omnibonus Leonicenus nomen inditum esset, fieri potuit, ut quidam scriptores etiam Nicolaum Leonicenum in oppido „Lonigo" prope Vicetiam sito natum esse putarent. Haec vero sententia cum mihi minime probatur, tum etiam prioris iam aetatis viris doctis refellenda est visa. Tiraboschi[2]) enim (pag. 483 seq.) haec dicit: „Angiolgabriello da S. Maria carmelitano scalgo . . . impiega più di quattro pagine a provare che Niccolo non fu già detto Leoniceno, perchè fosse nato del castel di Lonigo, ma perchè era della nobil famiglia di tal cognome da Vicenza. Intorno a che io son ben lungi dal voler con lui contrastare". Quibus causis Angiolgabriello nitatur me fugit, cum liber eius in manus meas non pervenerit; tamen maxime hac de causa ei assentior, quod mihi prorsus alienum videtur putare, Nicolaum patriam suam nomine „Leoniceno" significare voluisse; aut lingua Italica „Niccolo da Lonigo" aut Latina „Nicolaus Leo-

---

[1]) Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca Latina mediae et infimae aetatis IV. Hamb. 1735, pag. 787: Nicolaus Leonicenus Vicentinus. — Cf. etiam Fabricii Bibl. Graec. vol. XIII, Hamb. 1726, pag. 347, ubi Vincentinus appellatur. — Utroque loco Fabr. nonnisi de medico Leoniceno agit.

[2]) Storia della letteratura italiana del Cav. Abate Girolamo Tiraboschi VI, 2. Firenze 1809, ubi quidquid de Leoniceno ei notum erat diligenter narrat. Addere velim, quae in vol. VII, pag. 1385 inveniuntur: „(Giraldi) vuole, che tra' poeti si annoveri anche Nic. L . . . . e afferma che negli anni sui giovanili avea egli talvolta improvvisato felicemente."

nicen*us*“ appellari potuit; minime verisimile autem putes eum primum a patria cognomen Leonicenum accepisse, deinde hoc cognomen Latinum Italice „Leonicen*o*“ reddidisse. Neque enim hoc philologorum illius aetatis erat. — Nicolaum Leonicenum postea Patavii philosophiae et medicinae studiosum fuisse idem Tiraboschi est auctor et anno 1464 Ferrariam se contulisse ibique, dum decessit anno 1524, iuvenes mathematicam et philosophiam docuisse. Multos eosque de variis rebus composuit libros, e quibus hoc loco nonnisi scriptores ab eo in linguam Latinam aut Italicam translatos commemorare mihi licet, Galenum, historiam Cassii Dionis, dialogos Luciani, Procopii bellum Goticum.[1]) Nec vero ex ulla re concludere possum, quo codice Dionis historiae usus sit. Hoc unum cognita eius vita mihi apparuit, mirum non esse, cur vir ille tantae tamque variae scientiae, qui, cum maxime in arte medica et mathematica, in naturali historia et philosophia versaretur, quantulumcunque otii ei restabat, vertendis scriptoribus Graecis impertivit, hoc libere atque interdum parum diligenter fecerit. Ceterum ne quis hac de causa minoris eum faciat, conferat verba Pauli Jovii (elogia doctorum virorum. Bas. 1556), quae Tiraboschi l. c. affert: „(Il Giovio) aggiugne che ei fu uomo parchissimo di sonno e di cibo, d'illibati costumi, spreggiatore delle ricchezze, e che non conosceva pur le monete, tale in somma che sarebbe stato creduto uno stoico, se non avesse sempre mostrato un sembiante lieto e piacevole“.

Quod attinet ad praefationes, quas supra commemoravi, Leonicenus non ipse Cassium Dionem a se versum edidit, sed post eius mortem Joan Fortunato quidam, cuius in manus casu aliquo Leoniceni opus incidisse videtur. Bernardino Barboio quidam librum duci Herculi Estensi dedicavit. De utroque horum nihil amplius potui indagare. Leoniceni nomen nusquam nisi in titulo scriptum legitur. (cf. Addenda, I).

Roberti Stephani editio Lutetiae anno 1548 eodem in volumine ac Dionysii Halicarnassii historia impressa e codice Pari-

[1]) Cf. etiam quae dicit Jac. Phil. Bergomas in supplemento suo chronicarum (Ven. 1513), pag. 333.

siensi 1689 emanavit, quem ipse Stephanus valde mendosum et accuratam diligentemque castigationem desiderantem appellat. Prima capita huius editionis continent fragmentum καὶ ὅτε ἰσχυρᾷ τῇ τύχῃ ἐπ' ἀμφότερα ἐκέχρητο — ὁμοίως ὀλίγου διεφθάρη, quibus a verbis etiam Vat. 144 et 993, Ven. 396, Par. 1690, Vesontinus exordium sumunt. In titulo huius fragmenti sunt apud Steph. haec scripta: Ταῦτα ἐν τῷ ἡμετέρῳ ἀντιγράφῳ τοῦ λϛ' βιβλίου προτίθεται, ἀποσπασμάτια τινα, ὡς οἶμαι, ὄντα τοῦ λέ βιβλίου. Non dubium igitur est, quin in codice Roberti hoc fragmentum libro 35 tributum sit. Sequuntur hanc sententiam Xylander, H. Stephanus[1]), Leunclavius. Reimarus vero et Sturzius dicunt, fragmentum illud recte a viro quodam docto N libro 36 addici. Quod idem faciunt Grosius, Bekker, Dindorfius, discrepantes a prioribus editoribus in eo, quod fragmentum quoddam duorum capitum (φείδεται—προςχωρήσαντας) non ut priores post fragmentum καὶ ὅτι ἰσχυρᾷ neque ab initio libri 36, sed ante hoc fragmentum ponunt auctoritate Xiphilini moti, quem ordinem Dionis accuratissime in excerpendo secutum esse dicunt. Videamus, utras partes sequamur.

Rationes ad suam, quam modo commemoravi, de fragmento καὶ ὅτι etc. sententiam Xylander has affert: „Cum enim quae libro 36 Dio scribit acta sint consulibus C. Calpurnio Pisone M.' Acilio Glabrione, qui annus Romae fuit 687, in hoc autem fragmento et eorundem pars exponatur, et prius quae Q. Marcio consule gesta sunt, qui sane anno proxime priori i. e. ab U. C. 686 consulatum gessit, satis iam ex ipsa serie temporis liquet, quo de libro fragmentum superstes manserit". His rationibus ipsam contrariam sententiam probari iam Reimarus recte dicit; nam ipsa continuatione temporum illud fragmentum magis 36. quam 35. libro tribuitur. Ceterum Xylandrum puto magis illi sententiae obstare voluisse, ex qua fragmentum illud etiam priori quam 35. libro quispiam adscripserit. Reimarus autem, quem Sturzius sequitur, illud fragmentum in l. 36 collocare mavult „quia alias ille liber (36) vix ultra unius anni res gestas complecteretur et praeterea inciperet ab extremo tempore consulatus

[1]) „Dionis Cassii Romanarum historiarum libri XXV ex Guilielmi Xylandri interpretatione. Excudebat Henricus Stephanus anno MDXCII."

Acilii et Pisonis et brevissimus esset". His verbis assentiri non possum his de causis. Minus accurate Reimarus dicit, capitibus 37 libri 36., si a verbis λέξω δὲ demum inciperet, vix ultra unius anni res gestas contineri. Immo vero complectitur maior pars illorum 37 capitum (capita 21 et dimidium) res anno 687 gestas, minor autem (capita 15 et dimidium) omnes res anno 688 gestas. Quod si Reimaro haec 37 capita ad explendum librum non sufficiunt, augeat numerum hunc addendo numero eorum capitum, qui ante λέξω δὲ omissa esse putari possunt. Cum Reimarus ipse dicat in uno et viginti capitibus nonnisi „extremum tempus consulatus Acilii et Pisonis" descriptum esse, ex eius sententia concludendum est non parvum numerum capitum evanuisse, ut, si non plus quindecim capita ad illa 37 addemus, quinquaginta duorum numerus compleatur, quem plurimi libri non excedunt. Atque adeo metuo, ne additis ad haec 52 capita 18 fragmenti καὶ ὅτι ἰσχ. maiorem quam pro magnitudine unius libri capitum numerum consequamur. Nec magis mihi probatur sententia Grosii, qui res illo fragmento enarratas reliquis libri 36. capitibus lacuna parva interposita artius coniunctas esse putat, quam ut alii libro tribui possint. Si enim libros 41. et 42. conferemus, his videbimus non plus trium annorum res descriptas esse ita, ut liber 41 medio anno urbis 706 desinat et liber insequens interruptam enarrationem continuet nulla lacuna interposita. Neque illam qua Grosius nititur iuncturam tam artam puto, cum inter bella a Lucullo et a Pompeio contra Mithridatem gesta huius bello piratico facta narrentur. Quamvis magni igitur auctoritatem illorum virorum doctissimorum faciam, tamen me permovere non possunt, ut in hac re a sententia eius abeam, qui illa quae dixi verba codici Roberti praescripsit.

Iam mihi agendum est de fragmenti φείδεται κτλ. loco, quem nonnulli editores ex auctoritate Xiphilini mutaverunt. Videamus, quae rationes auctoritati huius obstent. Magni mihi ad hanc rem momenti esse videtur, quod omnes ad unum codices, qui quidem haec fragmenta continent, fragmentum φείδεται post fragm. καὶ ὅτι ἰσχ. ponunt. Deinde nonne ea, quae initio fragmenti λέξω δὲ ἤδη etc. narrantur (c. 20 Bkk.), pertinent ad extrema verba fragmenti φείδεται —? Mihi quidem contextus horum verborum (ὁ γὰρ

Πομπήϊος ἀναπείσας — προαφείλετο αὐτοὺς ὡς — προσχωρήσαντας) cum illis (λέξω δὲ ἤδη τὰ κατὰ τοῦτον [sc. Πομπήϊον] πῶς ἐγένετο) tam artus esse videtur, ut non dubitem eos inter se coniungere nulla lacuna interposita, id quod iam R. Stephanus fecit. Quae cum ita se habeant, valde miror, quod Bekker et Dindorfius fragmentum καὶ ὅτι ἰσχυρᾷ etc. ante verba λέξω δὲ ἤδη nullo lacunae signo apposito locaverunt quasi cum his cohaerens.

Ceterum, quid de illa auctoritate Xiphilini dicam? Conferas, quae Nicolai (III, 115) de eo dicit: „Doch läßt seine Anordnung die Strenge der chronologischen Abfolge vermissen . . . . Bezeichnend ist sein Hang, den römischen Historiographen zu tadeln und zu berichtigen, wohl auch gelegentlich mit anderen Gewährsmännern zu ergänzen“. Et Boissevain l. c. dicit: „Xiphilinum potius accusatum oportuit (sc. quam Dionem ipsum, quod Reimarus facit p. 1541); nam ubique videmus Byzantinum hominem levem et futilem huiusmodi narratiunculas sedulo conquirentem, cum res gravioris momenti in breve contrahat aut omnino omittat“. Et quid ex auctoritate Xiphilini cogi possit? Nihil opinor amplius quam hunc, qui septem fere seculis post Dionem vixit, codice aliquo usum esse, qui sive casu aliquo sive certa ex ratione alium ordinem rerum praebuit ac nostri codices; horum ordinem autem peiorem esse quam Xiphilini nescio quomodo demonstrari possit. — Iam in chartam coniectis his observationibus libellus ille Boissevainii in meas manus pervenit. Qui cum ipse codicem Med. 70, 8 et. Vat. 144 ex illo descriptam denuo inspexisset, potuit confirmare neque in utroque codice ullam lacunam inveniri ante λέξω δὲ κτλ. et in cod. Vat. (et in Med. nondum mutilo) fragmentum φείδεται post fragm. καὶ ὅτι ἰσχ. positam esse.

Roberti codex historiam Dionis continet usque ad finem libri duodesexagesimi, id est sexagesimi, cum libri quattuor ultimi 57—60 in duos 57 et 58 contracti sint. Idem factum est in ceteris ad hos libros pertinentibus codicibus. Hunc errorem primus Xylander emendavit his rationibus motus. Primum titulo libri 57 index adiunctus est, cuius ultima verba sunt: ὡς Δροῦσος Καίσαρ (sic) ἀπέθανεν. Hoc factum autem nobis iam in capite 22 libri

57 narratur, cum hic liber in fine apud R. Steph. mortem imperatoris Tiberii describat. Addo, id quod Xylander non commemorat, quod etiam 58. libri index apud R. Steph. in fine haec verba habet: ὡς Γάϊος Καίσαρ ἀπέθανεν, cum hoc iam capitibus 29 et 30 huius libri narretur, ultima capita autem de morte imperatoris Claudii agant. Deinde ex nominibus consulum initio 57. libri appositis concludendum est, hoc libro undecim annorum res contineri. Sed cum l. 56 usque ad mortem Augusti i. e. ad annum 74 pertineat, l. 57 autem R. Stephani mortem Tiberii i. e. annum 37 attingat, non ad totum hunc librum 57 illa temporum descriptio referri potest. Quod idem videmus in l. 58 Roberti, qui non solum reliquam partem anni 37 et tres alios deinceps annos usque ad 40 continet (de anno 41 postea dicam), id quod index consulum ab initio huius libri positus vult, sed usque ad mortem imperatoris Claudii, i. e. annum 54 producitur. Firmissimum denique argumentum capit Xylander ex his verbis, quae in consulum indice libri 58 R. St. leguntur: οὗτος ὁ ἐνιαυτὸς (sc. G. Caesaris Caligulae, Gn. Sentii Saturnini consulum i. e. 41) οὐ συναριθμεῖται διὰ τὸ τὰ πλείω αὐτοῦ ἐν τῷ ἑξηκοστῷ γεγράφθαι.

His mihi nonnulla addenda videntur. Dubium non est, quin Xylander recte illos libros ex quattuor in duos coactos esse intellexerit et quin ille, qui indices librorum 57. et 59., idem librorum 58. et 60. composuerit. Si autem de eis locis quaeremus quibus singuli libri dirimendi sunt, minus celeriter diiudicare poterimus, utrum Xylander in hoc recte egerit necne, praesertim cum suam librorum divisionem nusquam defendat. In hac re primum respiciendum est, quod in libro 57 index rerum cum catalogo consulum minus congruit quam in libro 59 Bk. = 58 St, Cum enim Drusus anno 23 mortuus sit, ei consules, qui in catalogo libri 57 postremi enumerantur, anno 25 magistratum inierunt. De fine igitur libri 57 R. St. quaerentibus nobis deliberandum est, utri indici rerum an consulum maior fides haberi possit, utrum, qui illos indices composuit, res annis 24. et 25. gestas minoris momenti putaverit an in enumerandis consulibus parum diligens fuerit. Idem de hac re ac Xylander cogitare mihi videor. Consulum enim nomina bina significant annum seriesque aliquot annorum indicatur serie totidem parium consulum, ita ut ne unum

quidem omittere possis, quin fidem et utilitatem totius eiusmodi temporum descriptionis tollas. De rerum vero indice eadem dici non possunt, cum hic nonnisi gravissimas res in libro perscriptas enumerare possit. Accedit res praecipue memorabilis. Liber 58 B. incipit: Ἀπεδήμησε δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον (ὁ Τιβήριος) ἐκ τῆς Ῥώμης. Tiberium in Campaniam profectum esse anno 26 constat; quae autem ultimo capite libri 57 B narrantur, anno 25 facta esse collata hac narratione cum libro IV Taciti annalium intellegimus. Ergo illud „κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον" non ad res in fine libri 57 Bk. narratas referri potest, ut lacuna hoc loco constituenda sit, quae olim relatione rerum anno 26. et 27. gestarum, fortasse etiam 25., velut mortis Lentuli, expleta erat.

Codex Ven. 395 enim, ex quo ceteros codices hos libros continentes descriptos esse Boissevain auctor est, desinit iam in l. 57 c. 17 nec prius incipit quam in l. 58 c. 7. Lacunam autem maxime ex Xiphilino in ceteris illis codicibus expletam esse iam cognoverunt editores. Neque vero Xiphilini auxilio contenti esse possumus; nam hic quoque de rebus annis 26. et 27. gestis nihil tradit, nisi quae paucis illis verbis ἀπεδήμησε — ἐπαγγελλόμενος continentur. Et quod ab initio capitis 2. scriptum est: ἐν δὲ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ καὶ Λιουΐα μετήλλαξεν, cum hoc anno 29 factum sit (cf. Tac. ann. V, 1), res autem in c. 1 narratas anno 28. gestas esse constet, fieri non potest, quin etiam ante c. 2 lacunam constituamus. Quomodo autem hae lacunae ortae sint, utrum Xiphilino ipsi an eius codici iam depravato tribuendae sint, diiudicare non audeo; si in Xiphilinum ipsum culpa transferenda sit, levissimum hominem eum putemus, cum verba κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον et ἐν τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ cum rebus coniunxerit, ad quas prorsus non conveniunt; ceterum Xiphilinus, etiamsi depravato quodam codice usus est, tamen omni crimine absolvi non potest.

Non minus laudandam puto Xylandri rationem in dirimendis libris 59. et 60. adhibitam, quae et ad rerum et ad consulum indicem libro 58. R. St. praepositum optime convenit. Nec vero hoc loco, ut post 57. librum, primorum verborum libri sequentis ad prioris extrema relatio desiderari potest; tamen verba, quae apud R. Steph. in titulo libri 58. apposita esse supra dixi (plurimas res anno 41 gestas libro 60 contineri) nos cogunt hic quoque

lacunam constituere, etiamsi nihil aliud archetypi amissum putamus nisi titulum libri 60 cum indicibus. Etiam hoc loco enim constat lacunam codicis Veneti (a l. 59, 25—60, 2) Xiphilini opera in ceteris codicibus expletam esse; neque hoc loco a Xiphilino res ulla maioris momenti omissa esse videtur. Plane perspicuum igitur est nonnisi Xiphilini culpa illam duorum librorum in unum contractionem factam esse, cum hic sua sponte librorum distinctionem prorsus neglexerit, quam antea factam fuisse Photius iam et Suidas auctores sunt, qui ante Xiphilinum fuerunt. Quam indocti autem ei fuerint, qui codices deteriores recentioris aetatis ex Veneto descripserunt, ex eo intellegi potest, quod amissis quibusdam Veneti foliis facere non potuerunt, ut ipsi ad libros 58 et 60 tales indices componerent, quales manus quaedam recentior ceteris libris in Veneto et in Med. 70, 8 praescripserat, sed temere paucis mutatis Xiphilini verba in textum receperunt.

Haec hactenus. Iam alia, quae de constituendis Dionis historiae partibus disserenda mihi videntur, in posterius differam et pauca de quibusdam locis addam.

In l. 36 Bk. c. 4 Dindorfius a plurimis ceteris editoribus discrepat. Cum enim Reimarus, Sturzius, Bekkerus, Grosius verba τόν τε τῆς Κομμαγηνῆς βασιλέα Ἀντίοχον cum sequente ἐδέξατο coniungunt, Dindorfius R. Stephanum secutus illa verba ex praecedente προσεποιήσατο pendere vult. Grosius et Dindorfius praeterea hoc loco fragmentum Xiphilino Λούκουλλος δὲ — προσεποίησε inserunt, ille ante verba, de quibus nunc agitur, hic ante initium fragmenti καὶ ὅτι ἰσχυρᾷ. Dindorfius rectius Grosio locum illi fragmento cepisse mihi videtur; c. 4 enim apud Dind. incipit: καὶ οἱ μὲν ταῦτ' ἔπραττον, Λούκουλλος δὲ Τιγράτην μὲν οὐκ ἐπεδίωξεν; unde efficitur, fugam Tigranis iam antea narratam fuisse, id quod fragmenti quoque illius ultima verba demonstrant (φυγόντος δὲ αὐτοῦ). Quod ad ipsum locum attinet, Reimarus et qui eum sequuntur nullo modo defendunt, cur R. Stephani interpunctionem non conservaverint. Tamen illorum praeferenda mihi videtur. Nam quamquam particula τε loco coniunctionis καί apud Dionem creberrime adhibetur,

tamen dispositio enuntiati utriusque postulat, ut τε sequenti καί respondeat:

I. 1. τὰ μὲν ἄλλα διηρπάσθη,
2a. τὰς δὲ γυναῖκας ἐφύλαξε
b. καὶ τοὺς ἄνδρας προσεποιήσατο.
II. 1. τόν τε τῆς Κ. βασιλέα Ἀντίοχον }
2. καὶ Ἀλχαυδόνιον } ἐδέξατο.
3. ἄλλους τε }

Nec vero me fugit, cur Dindorfius hoc loco a ceteris discrepet; particulam enim (si τε ad sequens καὶ refertur) iure desiderare videtur, quae secundum enuntiatum cum priore coniungat. Huic defectui ut medear, hanc propono lectionem: καὶ τοὺς ἄνδρας — προσεποιήσατο· τότε δὲ τόν τε τῆς Κ. βασιλέα κτλ.

In c. 23 eiusdem libri codices praebent ἄπιστον τὸν πόλεμον, quam lectionem Reimarus, Sturzius, Bekkerus retinent, cum alii, in his Dindorfius, eam mutaverint in ἄσπειστον. Illi recte quidem dicunt vocem ἄπιστος non solum personis, sed etiam rebus attribui posse, et Reimarus πόλεμον ἄπιστον explicat „bellum, quod cum minime caveres praeter fidem datam movebatur“. Nec vero plus quam unum exemplum afferunt idque ex Plutarchi Numa 12: ὡς ἔκσπονδον καὶ ἄπιστον καὶ ἀκατάγγελτον ἐξενηνοχότος πρὸς αὐτοὺς πόλεμον. Utrum hoc loco ἄπιστον genuinum sit necne, non diiudicem; quod autem Reimarus putat ἄσπειστον pro ἄπιστον post ἔκσπονδον ‚minus concinnum esse, praesertim cum omnia ipsumque sequens ἀκατάγγελτον ad perfida belli initia, non ad diuturnitatem referantur“, hoc mihi minime probatur. Nam vox ἔκσπονδος i. e. ἔξω τῶν σπονδῶν ἤδη γεγενημένων referenda est ad foedera iam facta, quos in bello imminente pugnaturi non curabunt (cf. ἔκνομος, ἔκνους, ἔκτοπος, ἔκθεσμος etc.), ἄσπειστος autem est πόλεμος, ἐν ᾧ οἱ πολεμῶντες οὐ σπείσονται i. e. quod bellum nullo componetur foedere, et pertinet ad foedera prorsus non facienda. Et cur ἄπιστος illo Plutarchi loco minus „ad diuturnitatem belli“ referendum sit quam ἄσπειστος, omnino non intellego, cum ἄπιστος πόλεμος nihil aliud significare possit quam bellum fidei expers et illa quam modo attuli Reimari significatio nimis artificiosa esse videatur. Ceterum nonne τῷ ἀπίστῳ πολέμῳ opponendus esset quidam πόλεμος πιστός i. e., si mihi licet Reimari verba imitari, bellum, quod

caveri potuit et ab hostibus non praeter fidem datam agentibus sed fidem praestantibus movetur, — quod plane alienum? Atque illud ἀπροφύλακτον eundem sensum praeberet „cum minime caveres", ut ἄπιστον post ἀπροφύλακτον et infirme dictum et temere repetitum putari possit. Equidem coniecturam ἄσπειστον valde probo propterea quod illa quattuor adiectiva nostri loci aptissime inter se cohaerent. Πόλεμος enim — haec videtur Dionis esse sententia — erit 1. μέγας i. e. ingens, si respicimus vires pugnantium sedemque belli latis finibus circumscriptam, 2. συνεχής i. e. ingens, si respicimus spatium temporis, tam ingens, ut neque certum initium belli inveniatur, cum non indicatur (ἀπροφύλακτον = ἀκατάγγελτον), neque finis ullus exspectari possit, cum foedus nullum iuncturi sint pugnantes (ἄσπειστος).

In c. 44 eiusdem libri codices et R. Steph. habent δοθῆναι, δόγματι κατ' αὐτῶν γενέσθαι, sine dubio depravatum. Leunclavius conicit: δόγμα τε, Turnebus δόγμα τι, Reiske: καὶ συνέβαινεν ἂν (vel καὶ ἐκινδύνευσε) δόγμα τι, Sturzius: κἂν δόγμα τι κατ' αὐτῶν ἐγένετο, Grosius: ὥστε καὶ δόγμα τι κατ' αὐτῶν γενέσθαι, Bekker: ἔμελλε δὲ καὶ δόγμα τι, Dindorfius: ὥστε κἂν δόγμα τι. Xylander vertit: „quod a senatu Cottae Torquatoque addictum praesidium idque contra insidiatores fore edictum erat, nisi quis tribunus plebis intercessisset", quod Leunclavius in margine corrigit: „et factum in eos senatusconsultum, nisi tribunus quidam etc." Redeo equidem ad Leunclavii et Turnebi coniecturas. Nihil esse puto, cur non infinitivus γενέσθαι pendeat ex praepositione διά pariter ac praecedens infinitivus δοθῆναι. Insidiatorum enim consilia cum aliis rebus tum eo irrita facta sunt, quod senatus iam in eos animadversurus erat. Cum autem hoc imminens senatusconsultum non verbotenus narretur, particulam τι Turnebi et enuntiata coniungendi causa particulam τε Leunclavii accipio. Sed lectio ita orta δόγμα τε τι, quamvis simplex sit, mihi propterea sufficere nequit, quod omnes praeter Grosium editores dubitaverunt particulam ἄν omittere in hoc enuntiato hypothetico. Me quidem non fugit, hanc particulam interdum a scriptoribus omissam esse (cf. K. W. Krüger, gr. Sprachlehre § 53, V, A. 5; R. Kühner, ausf. gr. Gr. II, 1 § 392a). Quod autem eiusmodi locum apud Dionem non repperi, mihi potius legendum videtur: δόγμα τ' ἄν τι. Particulam

ὥςτε denique propterea non in hunc locum convenire puto, quod non intellego, quomodo illud senatusconsultum manet ex praesidio consulibus addicto.

In l. 40 c. 15 R. Stephanus et codices habent: πολεμῆσαι δέ τισιν ἀπαυτίκα διαρκῶς οὐ δύνανται, καὶ ἐς ἀλλοτριωτάτην σφίσι καὶ τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ κατάστασιν ἀπαρτῶνται, καὶ μήτε σίτου μήτε μισθοφόρου σκεύη ποιούμενοι. Hoc loco, quem Leonicenus libere vertit: „ma non sono sufficienti a perseverare nella battaglia longo tempo contra di alcuni e si perdono in una constitutione di aere e di paese molto alieno a loro e non hanno ne frumento ne vettovaglie" — editoribus eis assentio, qui ἀπαυτίκα mutant in ἀπαυστὶ καὶ et μισθοφόρου σκεύη in μισθοῦ παρασκευήν, dissentio autem de mutando vocabulum ἀπαρτῶνται in participium ἀπαρτῶντες. Genus activum enim huius verbi rarissime invenitur; in l. 51, 4 significat abesse neque, ut hic, cum termino in quem coniuncta est; ibi etiam Sturzius annotat: subaudi ἑαυτόν. Apud Thucydidem vero in l. 6, 21 iam Meineke pro ἀπαρτήσαντες posuit ἀπαντήσαντες, quod recentiores editores acceperunt. Itaque propono hanc lectionem, quam ad sensum optime convenire puto: πολεμῆσαι δὲ — οὐ δύνανται, ἄλλως τε κἂν ἐς ἀλλοτριωτάτην — ἀπαρτῶνται.

Addenda.

I. Ea, quam Reimarus commemorat, editio versionis Leoniceni (anni 1542) plane ab ea differre videtur, quae in meis manibus est, quod et alium praebet titulum et alius typographi prelum exercuit. Illa vero prima anni 1526 editio utrum cum mea congruat annon, minime liquet. In meae editionis (anni 1533) enim titulo scripta sunt haec verba: „nuovamente venuta in luce ne piu in lingua alcuna stampata." Falco autem versionem Leoniceni auctor est post huius mortem (1524) venisse in manus eiusdem Bernardini Barboii, qui praefationem meae editioni praepositam scripsit, et vulgatam esse Venetiis 1526. Aut hoc aut illud falsum putandum est. (Cf. ed. Sturzii, vol. VII, pag. 564).

II. Non omittam in fine huius libelli ea afferre, quae alii scriptores de Vercingetorigis adventu et gestibus tradunt (C. D. 40, 41). Plutarchus (Caes. c. 27) haec narrat: „καὶ κύκλῳ περὶ τὸν Καίσαρα

καθεζόμενον ἐλάσας, εἶτ᾽ ἀφαλλόμενος τοῦ ἵππου τὴν μὲν πανοπλίαν ἀπέρριψεν, αὐτὸς δὲ καθίσας ὑπὸ πόδας τοῦ Καίσαρος ἡσυχίαν ἦγεν, ἄχρις οὗ παρεδόθη φρουρησόμενος ἐπὶ τὸν θρίαμβον.“ Florus III, 10: „Ipse ille rex, maximum victoriae decus, supplex quum in castra venisset, tum et phaleras et sua arma ante Caesaris genua proiecit: Habes, inquit; fortem virum, vir fortissime, vicisti.“ — Florus a Dione et Plutarcho in eo discrepat, quod Vercingetorigem loquentem inducit; sed et fides horum Floro praeferenda est et regem cum maiestate quadam silentem quam illa dicentem cogitare malim. Dio autem differt a ceteris, cum non referat Vercingetorigem arma sua deposuisse. Quod vero Dio alias quoque a Plutarcho narratas res hoc loco omittit, velut nescire videtur Vercingetorigem castra Caesaris circumequitavisse et deinde in castris de equo descendisse, Dio alio auctore ac Plutarchus in hac re usus neque in constituendo textu eiusmodi differentia respicienda esse videtur.

Berliner Buchdruckerei-Actien-Gesellschaft
Setzerinnen-Schule des Lette-Vereins.

BERLINER STUDIEN

FÜR

CLASSISCHE PHILOLOGIE UND ARCHAEOLOGIE.

ACHTER BAND.

ZWEITES HEFT.

DE HEROIDUM OVIDII CODICE PLANUDEO.

RECENSUIT

ALFREDUS GUDEMAN.

BERLIN 1888.

VERLAG VON S. CALVARY & CO.

DE HEROIDUM OVIDII CODICE PLANUDEO

QUAE SUPERSUNT.

RECENSUIT

ALFREDUS GUDEMAN.

BEROLINI 1888.

SUMPTIBUS S. CALVARII ET SOCIORUM.

I.

Maximus monachus Planudes cum magnum variorum librorum numerum[1]) composuit tum etiam multa scripta Latinorum et poetarum et scriptorum in Graecam linguam transtulit. Quae quidem interpretationes una tantummodo excepta cum neque magnam vertendi artem neque dicendi venustatem prae se ferant ad laudem aspirare sane non possunt; tamen ille in hoc quidem genere litterarum singularem locum obtinere putandus est, praesertim cum videamus, quam raro cum Romani tum maxime Graeci munus vertendi subierint. Exstant autem interpretationes[2]) illius haece:

I. Catonis Distichorum ed. Arntzen, 1754.
II. Ciceronis Somnii Scipionis.[3])
III. Cornificii ad Herennium lib. III 16—24 (de memoria) ed. Bachmann.
IV. Caesaris de bello Gallico Comment. ed. Baumstark, Freiburg 1834.
V. Augustini de trinitate librorum.[4])
VI. Boethii de dialectis ed. Matthaei, Mosquae 1810.
VII. Ovidii Metamorphoseon ed. Boissonade.

---

1) Duo de quadringenta scripta mihi innotuerunt quorum tamen decem a Planude abiudicanda esse videntur.

2) Falso Planudis esse dicuntur: Augustini de civitate dei libb. Macrobii Saturnalia quae etiam Bentleius Dissertation on the Epistles of Phalaris p. 577 W. ei attribuit; Boethii Comment. in Ciceronis Topica alia. Quas omnes res proprio libello de vita et scriptis Planudis accurate pertractandas mihi proposui.

3) Haec interpretatio olim Theodoro Gazae attributa est. Cf. Ph. C. Hess Cato, Somnium Scipionis, Laelius etc. ex Graecis interpretationibus Theodori Gazae, Maximi Planudis etc. Halae 1833.

4) Hoc opus Planudeum summa laude dignum esse censuit Bessarion, clarissimus ille cardinalis cf. Migne Patrolog. vol. 161. Exemplar Vindobonae esse dicitur cf. Lambecius Catal. biblioth. Vindob. IV. 159 ff.

VIII. Ovidii Heroidum.

IX. Boethii de consolatione philosophiae librorum V.[5]) ed. Bétant, Genève 1871.

Metaphrases autem Heroidum, in quibus solis versabimur, duobus quod sciam codicibus, Ambrosiano 119 A et Parisino 2848, ad nos pervenerunt. Lennepius quidem doctissimus Heroidum editor etiam interpretationem Planudeam editurus erat, sed nescio qua causa motus promisso numquam stetit. Quod autem post mortem eius nemo hanc conversionem dignam esse putavit quae ederetur, vel omnino investigavit, num ex comparatione cum nostris libris instituta ad horum carminum crisin factitandam aliqua utilitas capi posset, id imprimis ut opinor severissimo iudicio, quod Carolus Diltheius[6]) vir doctissimus de hoc opere Planudeo fecit, attribuendum est. quod tamen iudicium temere prolatum meo iure affirmo, praesertim cum illam sententiam una tantummodo epistula[7]) eaque erroribus librarii mirum in modum inquinata niti videam.

Unicuique enim codicem Parisinum, quem solum Diltheius in usum suum vocavit atque Ambrosianum comparanti primo aspectu apparebit, quanto propius ad exemplar Planudeum hic quam ille accedat.[8]) Quin etiam Ambrosianus quattuor locis exceptis ab eis erroribus, quos Diltheius aliique recte emendaverunt, prorsus liber est; quod in eum modum accipi nolim, quasi ille codex quamvis sincerus omnino vitiis careat.[9]) Illius igitur verbis non est cur deterreamur, ne de hac Heroidum interpretatione quaestionem instituamus. Instituemus autem eo consilio, ut indagetur, quaenam inter codicem Latinum quem Maximus Planudes in manibus habebat reliquosque libros ratio intercedat. Qua comparatione absoluta necesse est efficiatur alterum de duobus: aut Latinum illum codicem ex nostris libris neque pendere neque originem

---

[5]) Inter *μεταφράσεις* Planudeas facile princeps atque ab ipso interprete disertis verbis laudata. cf. infra.

[6]) De Callimachi Cydippe p. 139.

[7]) Desinit enim codex Planudeus ut plerique libri in Ep. XXI 12.

[8]) Ambrosianum Parisino bonitate praestare, iam Guil. Studemund Philol. XXXIV p. 370 paucis scripturis allatis ostendit.

[9]) Accuratissimam Ambrosiani codicis descriptionem Maximiliano Treu debeo, cui viro doctissimo utinam aliquando possem gratias reddere dignas pro tot tantisque beneficiis quae in me cumulavit.

traxisse, aut tam artam eius cum aliquo codice qui servatus est vel etiam pluribus fuisse affinitatem, ut ne dignus quidem putandus sit qui in Heroidibus recensendis adhibeatur. Utrum verum sit, hac mea disputatione non praeiudicata mente disceptare studebo. Quodsi codex ille bonitate quadam insignis vel aliqua parte virtute memorabilis fons evaserit, sane gaudebimus, quod severo Diltheii iudicio nimiam fidem non habuimus; sin autem accurata investigatione effectum erit nihil in exemplari Planudeo fuisse auctoritatis qua commendaretur, etiam hoc non temere posuisse, sed semel certis argumentis demonstrasse operae pretium fuisse existimabimus.

II.

Quoniam igitur codex[10]) quo usus est interpres post tertium decimum saeculum scriptus esse non potest, id quod infra docebo, libri eo saeculo recentiores in nostra disputatione non sunt adhibendi, nisi forte codex recentioris aetatis hic illic tam egregrias scripturas exhibet, ut vetustioris exemplaris loco habendus esse videatur.

Hos igitur libros in comparationem adhibebimus:

Parisinum 8242	— *P* —	saec.	XI.
Etonensem	— *E* —	»	XII.
Vindobonensem	— *V* —	»	XII.
Guelferbytanum I	— *G* —	»	XII.
Francofurtanum	— *f* —	»	XIII.
Argentoratensem	— *a* —	»	XIII.
Treviranum	— *t* —	»	XIII.
Gothanum I	— γ_1 —	»	XIII.
Guelferbytanum II[11])	— g_1 —	»	XIII.
Erfurtensem	— *e* —	»	XIII.

[10]) Codicem Planudeum deperditum littera D designabo. in reliquis libris nominandis siglis Sedlmayeri usus sum uno excepto. Novissimus enim editor littera *ω* indicat »omnes vel plurimos libros«; quod facile in errorem ducit, cum illam litteram neglegentia quadam iis quoque locis affigere soleat ubi pauci tantummodo codices sunt intellegendi. Qua re auctoritas Puteani detrimento reliquorum librorum nimis augetur. Equidem eam rationem secutus sum, ut *ω* littera eos tantum codices quos nominavi, complectar.

[11]) Apud Loersium G 2.

Dresdensem	—	*d*	—	»	XIII.
Bernensem 478[12])	—	*b*	—	»	XIII.
Gissensem	—	*σ*	—	»	XIV.
Guelferbytanum III	—	g_3	—	»	XV.
Vindobonensem 13685	—	v_3	—	»	XV.
Gothanum II	—	γ_2	—	»	XV.

Iam vero in limine totius disputationis confitendum est eos qui Heroidibus operam dant in summas difficultates propter criticorum adiumentorum infirmitatem incurrere necesse esse. Nam, quamquam libenter concedo Henricum Steph. Sedlmayerum fundamentum artis criticae Heroidibus factitandae iecisse, tamen et in Prolegomenis et in editione quam postea publici iuris fecit multa memoratu digna atque etiam necessaria desiderantur. Maxime autem doleo, quod neque novissimus editor neque superiores id genus corruptelarum quod in versibus insiticiis transpositis omissis versatur satis curaverunt. Has enim corruptelas si in singulis libris accuratius rimarentur viri docti, non dubitarem, quin de affinitate qua coniuncti sunt codices Heroidum, et facilius et confidentius iudicari posset. Sed ea quoque re nostra disputatio difficilis atque paene lubrica fit, quod editores innumeras lectiones, ne moles operis quod edendum curabant nimis cresceret, sicco pede ut aiunt transierunt. Nos autem ad imaginem codicis Latini deperditi nobis informandam cognoscendamque praeter cetera intenti procul dubio si illi rem diligentius egissent, permulta vel corruptissimis locis lucraremur, quoniam ex communibus corruptelis non raro singulorum codicum affinitas clarius elucet, quam ex lectiónibus genuinis consensu librorum traditis.

III.

Priusquam autem ad singulos deinceps libros cum codice D comparandos accedamus, aliam rem eamque gravissimam absolvamus. Quaeritur enim, quatenus quibusque in rebus quo denique iure eas lectiones, quas Graece expressas legimus, ipsi exemplari Latino potius quam interpretis ingenio vel arbitrio attribuamus. Planudis igitur rationem vertendi, quae quidem ex interpretatione eluceat, nisi di-

---

12) Cf. G. Wartenberg Wochenschr. für class. Philol. No. 41, 44, 47. (1887).

ligenter exposuero, non solum sine via ac ratione disputasse recte arguar sed etiam totam disputationem in aqua posuisse videbor. Cui disiderio in eis quae sequuntur satisfacere studui, non ita quidem, ut omnia, quae aliquo modo ad illam rationem cognoscendam pertinerent, proponerem, quod fieri non potest, nisi interpretatione ipsa edita, sed ita ut satis haberem exemplis propriis congestis artem rationemque vertendi adumbrare.

Atque primum quidem unicuique eam interpretationem vel obiter perlustranti hoc apparebit Planudem verba Latina accurate vertere studuisse; qua re factum est, ut non solum venustas et sententiarum et verborum Romani poetae saepissime evanesceret sed etiam hic illic ne Graeca quidem oratio evaderet. Vulgaribus autem legibus Graecae linguae nisi impeditus vel nonnullis aliis de causis, de quibus postea dicemus, coactus neque ab ordine verborum Latinorum ad arbitrium discessisse neque sententiam ex libidine mutasse videtur interpres. Quam rem laudi potius quam vituperationi ei vertendam esse existimabimus; nam ita scripturas eius magna cum probabilitate ad ipsum codicem D referre possumus, quod numquam fieri potuit, si verborum poetae parum curiosus cum liberius tum elegantius haec carmina reddidisset. Haec exemplis nonnullis hinc illinc collectis comprobabo.

Ep. XII 89 sq.

Conscia sit Iuno, sacris perfecta maritis
et dea, marmorea cuius in aede sumus.

Ἥρα τούτων συνίστωρ ἔστω ἡ τῶν γαμηλίων ἐξάρχουσα μυστηρίων καὶ ἡ μαρμαρέα θεὸς ἧς ἐν τῷ οἴκῳ τυγχάνομεν.

Apparet non solum omnia ad verbum expressisse Planudem, sed etiam ordini verborum servando tam intentum fuisse, ut lepido errore *ἡ μαρμαρέα θεός* verteret.

Neque minus putide figurata est oratio quae exstat in Ep. I 30

pendet ab ore viri

vertitur ita:

τῶν ὤτων ἐξαρτᾶται τοῦ ἀνδρός

quod intellegi non potest. Nam in Graeca lingua vox *ἐξαρτᾶν* translata significatione numquam usurpata est, neque Planudes tale quid, mihi crede, orationi Graecae obtrusisset, nisi id unum egisset, ut verba Latina quam accuratissime verteret.

Ep. XI 91 sq.

Cum mea me coram silvas inimicus in altas
Viscera montanis ferret edenda lupis.

Ηνίκα ἐνώπιον ἐμοῦ τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, πρὸς τὴν βαθεῖαν λόχμην ἐχθρὸς ὀρεινόμοις ἔφερεν βρωθησόμενα λύκοις.

Quae verba interpres expressit ita, ut mentem poetae minime assecutus pro eo vocabulo quod est viscera *σπλάγχνα* poneret. Non intellexisse videtur (vel si intellexit, consulto a mutatione abstinuit), propriam huius vocabuli vim in illo quidem versu locum omnino non habere. Poeta enim audacissima usus translatione[13]) eo verbo quod est viscera liberos significari voluit. *Σπλάγχνα* autem numquam apud Graecos poetas nedum in pedestri oratione hac singulari significatione usurpatum est. Nam omnibus eis locis ubi *σπλάγχνα* vel *σπλαγχνίζεσθαι* figurato sensu legitur, aut de quodam affectu[14]) velut de misericordia intellegendum est aut de eis qui vinculis necessitudinis amicitiae patriae communis inter se iunguntur.[15]) Quid enim? Hoc exemplo nonne luculenter demonstratur Planudem elegantiae male curiosum omnino non curasse, quae sententia interpretatione Graeca evaderet, dummodo accurate verteretur?

Ep. VI 135 sq.

Prodidit illa patrem: rapui de clade[16]) Thoanta.
Deseruit Colchos: me mea Lemnos habet.

---

[13]) Voce quae est viscera ita ut significaret liberos Ovidius primus usus esse videtur atque saepius id fecit: cf. Metam. VI 651 X 465 Rem. Am. 59. Quem usum postea duo tantummodo scriptores eique cupidissimi longe repetitarum vel inusitatarum vocum insectatores, Curtium Rufum et Valerium Maximum dico, asciverunt quorum hunc vel audaciam Ovidii superare non dubitasse nos non miros habebit. Dicit enim »viscera sua visceribus suis alere.« Apud Iuv. III 70 et Quint. Inst. Orat. Prooem. lib. VI 3 viscera aliter accipiendum est.

[14]) Cf. Aesch. Choeph. 407. Soph. Ai. 974. Eur. Alc. 1012. Med. 220. Arist. Ran. 844. 1066. Plut. 1131. Av. 984.

[15]) Cf. Soph. Ant. 1053 qui locus in thesauro Stephaniano mirabili errore ex Oed. Tyr. 1066 citatur »*τῶν σῶν αὐτὸς ἐκ σπλάγχνων ἕνα νέκυν* etc. i. e. ex propinquis tuis. Similiter Vergilius »neu in viscera vertite vires« i. e. nolite bella civilia movere.

[16]) caede *E* clade *reliqui cdd.* Utrum in codice *D* fuerit diiudicari nequit cum interpres haec vocabula promiscue habeat et clades et caedes

Προὔδωκεν ἐκείνη τὸν γεννησάμενον ἐγὼ δ' ἥρπασα θανάτου[16]) *τὸν Θόαντα. κατέλιπεν τοὺς Κόλχους, ἐμὲ δ' ἡ ἐμαυτῆς Λῆμνος ἔχει.*

Haec omnia ad verbum reddita sunt, neque inest, quod merito reprehendas: cuius generis exempla permulta similia in unaquaque pagina interpretationis Planudeae leguntur.

Ex his igitur exemplis nisi fallor apparet interpretem munere vertendi ita functum esse, ut quae Latina legisset vulgaribus legibus grammaticae Graecae non repugnantibus, ea accuratissime neque raro verbum de verbo redderet, cum non curaret, utrum propositum cum damno sententiae assequeretur necne. Ex qua ratione hoc quoque probabile fit illum iis locis, qui cum verbis quae libri exhibent congruere non videantur, non ex mera libidine, sed certis de causis ab lectione codicis discessisse. Ubicunque igitur tales causae mutandi agnosci possunt, ibi profecto non licebit nobis colligere aliam atque vulgatam lectionem in exemplari Planudeo fuisse exaratam. De nonnullis harum discrepantiarum causis nunc paucis disputabo.

Ep. VII 85 — »me movere merentem« Planudes: *ἐμὲ δ' ἔγνωσαν*[17]) *ἀλύουσαν.*

Intellexit scilicet interpres maere(n)tem, quod quominus pro genuino habeatur vel metrum obstat. De codice autem Latino nihil ex hac scriptura certo colligere licet; nam tanta est litterarum similitudo in his vocabulis, ut is interpres, qui de eo non cogitat quod sententia requiritur facile in errorem duci possit.

Ep. XVI 173.

Non ego coniugium generosae degener opto.

Οὔκουν ἔγωγε διογενὴς ὢν τὴν τῆς εὐγενοῦς συνάφειαν βούλομαι.

Hic versus egregium est exemplum rationis de qua agitur vertendi. Nam plane servili modo, ut ita dicam, reddidit. Vocabulum enim coniugium propria vi accipiens verbo *συνάφειαν* vertit, quod quidem verbum apud Graecos numquam idem atque *γάμος* vel matrimonium signi-

---

modo *θάνατος* modo *ὄλεθρος* vertens. Cf. Met. XV 530 (clades = *θάνατος*). Ep. XIV 18 et saepius (caedes = *θάνατος*). Ep. VI 162 (caede = *ὀλέθρῳ*). Met. VIII 541 (clade = *ὀλέθρῳ*).

17) i. e. nove(r)e quod praebent nonnulli codd. Sed quid his de scripturis, quae propter litterarum similitudinem permutari solent, iudicandum est, infra videbimus.

ficavit. Sed aliam ob causam hunc locum attuli. Vocabulum enim quod est degener vertit Planudes διογενής quod quam maxime cum sententia pugnat. Quid? non degener sed aliud verbum, quod in vocis διογενής significationem quadrat, in codice D fuisse num putamus? Minime. Explicatio erroris in promptu est: Interpreti imprudenti degener aliquid cum deo commune 'habere videbatur, quo errore adductus διογενής scripsit. Toto igitur coelo, ut aiunt, a recta interpretandi via aberraremus, si statueremus codicem illum Latinum aliud vocabulum atque degener exhibuisse. Nihil aliud in talibus scripturis optimo iure ut opinor agnoscemus nisi merum errorem, qui aut neglegentiae aut scientiae linguae Latinae non satis idoneae attribuendus est.

Similia id genus vitia ut in Heroidibus perrara sunt, ita libri Metamorphoseon iis abundant; quae res una cum aliis causis, quas enumerare huius loci non est, mihi argumento est Metamorphoses ante Heroidas in Graecam linguam esse translatas. Cum tamen in illis libris eadem vertendi ratio agnoscatur, nonnulla exempla ex illa interpretatione petita afferre non inutile fore existimo.

Metam. I 392 sollertia prima scilicet syllaba per somnium in errorem inductus vertit Φοῖβος.

Metam. III 108 »primaque acies . . . apparuit hastae« = πρώτη μὲν φάλαγξ — ἀνεφάνη δόρατα. Aciem pro agmine et »hastae« in recto plurali numero posita esse credidit.

Metam. III 316 — fatalis vertit, quasi id quod dicitur vel fama celebratur, significetur. Vertendum erat εἱμαρμένος vel simile quid.

Metam. VI 401 — »extemplo« pro quo vocabulo in Heroidibus ubique recte αὐτίκα legitur, hoc loco ἐκ τοῦ νεὼ, quasi esset ex templo, scriptum est.

Cavendum igitur est, ne talia interpretis, vitia quae dormiens somniavit, pro discrepantiis ipsius exemplaris Latini habeamus.

Quodsi quis dicat eum qui tam socordi animo rem egerit, ut ne stultissimos quidem errores evitaret, indignum esse qui legatur, ego non refragabor: hac enim disputatione de bonitate vel si mavis vilitate ipsius interpretationis minime agitur, sed hanc potius rem inquirendam nobis proposuimus, utrum interpretatio Planudea ad crisin in Heroidibus factitandam nihil valeeat, an contra is codex, quo usus

est interpres, re vera dignus sit qui a viris doctis adhibeatur. Ad quam quaestionem disceptandam exempla quae attuli quam maxime valent, cum ex eis ratio vertendi cognoscatur. Qua ratione perspecta iure ut opinor impedimur, quominus in codice Planudeo instaurando corruptelarum specie decepti eas lectiones ad exemplar Latinum referamus, quae sunt ipsius interpretis. Ex ipsis autem erroribus aliud quoddam quod iam supra in transcursu dixi, iure colligi licet. Estne enim omnino probabile eum, qui studio accurate vertendi adductus ipsam sententiam non raro prorsus neglexit, a verbis Latinis mera ex libidine deflexisse? Minime, opinor. Atque profecto omnibus fere locis, qui longius a tradita lectione discedere videantur, si quis animum diligentius attenderit, causa discrepantiae facile intellegetur. Qua causa exposita codicem Planudeum idem atque nostros libros habuisse evinci nemo non videt. Quin etiam unus locus si quid video ita comparatus est, ut ex ipsa licentia, quam in interpretatione non possumus non agnoscere, eluceat egregiam scripturam, quam adhuc solus Puteanus exhibuit, etiam in codice D exaratam fuisse.

Legimus enim in Parisino hanc scripturam unice genuinam.

Ep. XIX 151 sqq.

Sternuit et lumen — posito nam scribimus illo —
  sternuit et nobis prospera signa dedit
Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes, etc.

Libri: stertuit.[18])

Sternuit prorsus audaci cum translatione poeta hoc unico loco de lumine dixit, atque ita quidem, ut significaret »crepitare« vel »sonitum edere«, Germanice »knistern«. Quam vocis significationem librarios omnino non intellexisse quis mirabitur? Mutavit igitur librarius nescio quis in id verbum quod est stertuit, ut haec evaderet oratio »stertuit (sc. nutrix) et lumen quo posito scribimus nobis prospera signa dedit«. Quae scriptura postea sola obtinuit atque profecto facilis est ad intellegendum, etsi per se nihil habet quo commendetur. Nunc respicias velim interpretationem Planudis.

Ἤνεγκε δὴ καὶ φῶς ἡ γηραία μοι τροφός. καὶ γὰρ ἐκείνου προτεθέντος γράφομεν. altero sternuit omisso pergit. *καὶ σύμβολα τὸ φῶς ἡμῖν δέδωκεν, αὐτίκα δ' ἡ τροφὸς οἶνον κ. τ. λ.*

---

[18]) sternuit primo loco fortasse Gissensis. Cf. Peters Observ. p. 12. Altero autem loco — stertuit ut reliqui codd.

Cum interpres ἤνεγκε verteret, quod neque verbo quod est sternuit neque ei quod est stertuit respondet, quaeritur quid tandem in codice eum legisse putemus. Vide an non hac ratiocinatione tota res conficiatur. Si stertuit in codice D fuisset, quod vulgare vocabulum haud dubie monacho innotuit, non intellegeremus, cur non consuetudinem suam secutus accurate verbo quod est ῥέγκειν verteret. Res explicari non potest, nisi ut dicamus aliud quoddam in codice scriptum fuisse. Fac nunc legisse eum sternuit, nam de alio verbo nemo, opinor, cogitabit atque statim perspicietur causa, qua adduci potuerit, ut id vocabulum quod non magis intellexit quam librarii aliter redderet. In qua opinione non leviter confirmati sumus, quod illud alterum »sternuit«, quod sane sine damno sententiae poetae deesse potuit, omittere maluisse videtur, quam id, quod ipse necessitate quadam coactus excogitavit, repetere. Cuius generis omissiones, ut hoc velut in transcursu attingam, cum in aliis vocabulis non intellectis tum maxime in Latinis arborum nominibus, quorum multa Planudi non innotuisse videntur, occurrunt; quamquam ubique aliud nomen arboris facile substituere potuit, si libidini indulgere voluisset.[19])

In Graecis lectionibus, quas modo attuli quas ex verbis Latinis male vel omnino non intellectis ortas esse vidimus, discrepantias in ipso codice D exaratas agnoscere non potuimus. Nunc ad alias scripturas venimus, quas quidem quin recte intellexerit interpres dubitari nequit, tamen longius quam par est a verbis Latinis discedere videntur. Itaque ne exemplari Latino propter rationem vertendi male perspectam iniuria, fiat necesse erit deflectendi quae fuerint causae diligenter singillatim perquirantur. Quae causae in duplici genere versari videntur.

Ovidius enim ceteroquin prae aliis poetis Romanis simplici verborum collocatione insignis, nonnumquam structura magis poetica et artificiosa usus est quae interpreti eique linguae Latinae non peritissimo facile difficultates afferre posset, atque re vera talibus locis Planudem saepius aberrasse videmus. Qua re id sane incommodum nascitur ut Graeca oratio verbosior et ponderosior evadat.

Latius quam haec ab accurata interpretatione deflectendi causa

---

19) Ita ulnus, fraxineus, item Ep. V 23 et 27 populus omittuntur ubi de errore librarii cogitare non licet, quoniam una eademque vox utroquo loco uno tantum disticho interposito deest.

patet alius fons erroris. Vocabula enim quae non tam accurate vertere potuit Planudes, ut prorsus idem Graeca voce declararetur atque Latina, circumscribere solebat, sed in his scripturis raro tantum ambigitur, quid interpres in codice legerit. Ad idem genus possunt referri alia vitia, quae ex gerundii gerundivi ablativi absoluti, participii structuris nata sunt, in quibus vertendis multum eum sudasse vel eo demonstratur, quod varie atque maiore cum libertate quam fieri solet redduntur. Huc accedit quod rationi Planudeae proprium est numerum in nonnullis substantivis promiscue habere velut unda et undae, lacrima et lacrimae, torus et tori et verba quae in »tor« exeunt nonnumquam enuntiato relativo vertere. Haec omnia considerari oportet, priusquam variam Latini codicis lectionem aliqua cum probabilitate statuamus. Pauca exempla sufficiant; nam plura afferendi disceptandique in eis quae sequuntur mihi dabitur occasio.

Ep. II 143 sq.

Stat nece matura teneram pensare pudorem
in necis electu parva futura mora

Καθάπαξ κεκύρωταί μοι (= stat) *γηραιοῖς πρέποντι* (= matura) *θανάτῳ τὴν ἀκμάζουσαν σωφροσύνην ἀντίσηκῶσαι πρὸς ἐκλογὴν μέντοι τούτου* (= necis) *βραχεῖά τις ἡμέλλουσα διατριβή.*[20])

Interpretatio haud dubie laborat quadam duritia. Varia autem scriptura agnoscitur nulla. Immo tam accurate vertit Planudes ut ne copulam quidem pedestri orationi Graecae hoc loco nescio an necessariam redderet.

Ep. VII 149 sq.

Utque latet vitatque tuas abstrusa carinas
Vix tibi continget terra petita seni.

Οὕτο δ' ὡς ἀπώκισται καὶ ἄδηλός ἐστί ὁ ζητούμενος χῶρος καὶ τὰς σὰς ἀποκλείει τριήρεις μόλις σοι καὶ γηράσαντι προσγενήσεται.

Quod exemplum ceteroquin confirmat, quae adhuc de ratione vertendi exposui. Ambigitur tantum de eo verbo quod est *ἀπῴκισται* cuinam vocabulo Latino respondeat nam magna hoc loco[21]) est librorum turba. Primo sane obtutu *ἀπώκισται* magis ad significationem

[20]) mora est — nonnulli praebent deteriores codices.

[21]) usque latet *fg1* evitet *a* refugit *g1* vita tuta *t*. Cf. Loersium ad loc. et in adnot. critica p. 647.

verbi refugiendi quam vitandi spectare videtur; attamen non crediderim refugitque in codice Planudeo exaratum fuisse duabus de causis. Primum quidem, quod verbum refugiendi semper vocabulo *φεύγειν* vel composito eius verbi redditum esse video[22]), deinde, quod codices qui illud refugitque praebent non item »tuas abstrusa carinas« exhibent. Arbitror igitur Planudem in suo codice revera vitatque legisse, quod vocabulum eo quod est *ἀπώχισται* recte exprimi posse ei visum est. Qua in sententia acquiescam, donec probabiliora proferantur. Docet certe hoc exemplum quales sint difficultates, quae nobis obvenire possint. Ex his igitur locis, qui sane, ne cupidius agere videar, non sunt tacendi, in neutram partem auxilium peto meae disputationi.

Ep. XI 45.

A nimium vivax admotis restitit infans

Artibus,

Τὸ δὲ βρέφος τῆς ζωῆς ἐπιδεδραγμένον, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος, ταῖς εἰσωθουμέναις ἀντέστη τέχναις.

Causa mutandi in propatulo est. Illud nimium vivax interpreti attulit difficultates, ut etiam aliis locis ubi id vocabulum quód est vivax legitur.

Ep. XIII 23sq.

Lux quoque tecum abiit tenebrisque exsanguis abortis
Succiduo dicor procubuisse genu.

Καὶ τὸ φῶς σὺν σοὶ ἀπῆλθε τοῦ αἵματός μοι φυγόντος καὶ σκότους ἀναδυθέντος, φασί με λειποθυμήσασαν ἐπὶ γόνυ καταπεσεῖν.

Desperavit Planudes illud »tenebrisque exsanguis abortis« accurate vertere, sed nihil codex D habuit peculiare.

Ep. XIV 120.

quid fiet sonti cum rea laudis agar.

Τί δ' ἂν ὑπεύθυνος ἐγενόμην ὁπότε ἐπαίνων ἀξία τυγχάνουσα καὶ ταῦτα πάσχω.

Certe plus uno loco verba Graeca Latinis non accurate respondent. sed si diligentius inspicias, licentia vertendi etiamsi non tollatur

22) Cf. Epist. XIV 50. XVIII 182. Metam. I 556. 641. II 443. VII 239. VIII 95. X 42. 79. XIV 62. 636.

tamen non caret explicatione. Ut illud *ἀξία* paullisper mittamus, nullum verbum omissum esse videmus, adduntur autem nonnulla quae in Latinis desunt. Iam quaeritur, quid de talibus additamentis iudicandum sit. Statuendum enim est eis ad lectiones codicis deperditi exarandas disceptandasque utendum non esse, nisi nullis genuinis verbis omissis ea quae addita sunt ita comparata sunt ut ex ipsa Graecae linguae dicendi consuetudine facile explicentur. Vocis autem rea, cuius loco *ἀξία* posuit, alia est ratio. Quod enim Planudes *ἀξία* praebet nonnemo in eam opinionem facile duci potest, ut dicat interpretem non rea, sed aliud nescio quod verbum in suo codice legisse, quae sententia ilico corruet, si haec consideraveris. Eorum enim verborum significationes quae sunt sons et reus Planudes, quae erat eius linguae Latinae scientia, prorsus promiscue habens uno eodemque vocabulo quod est *ὑπεύθυνος* vertere solebat. Quod cum ita sit, non dubito, quin de industria et studiose ab Latinis discesserit, ut repetitionem unius eiusdemque vocabuli *ὑπεύθυνος* intra tam exiguum enuntiatum evitaret.[23]) Varia igitur lectio in codice D non erit statuenda.

Restat, ut de nonnullis locis dicam, in quibus vertendis tantam libertatem interpres sibi arrogavit, ut pro verbis Ovidianis Homericis quibusdam vocibus quae ei in mentem venerint (nam ut in tragicis poetis ita in Homero illum multum fuisse versatum scripta eius satis docent[24])) uti non vereretur. Mihi id genus licentiae diligenter rimanti tria exempla occurrebant quae aliqua cum probabilitate ex Homerica recordatione explicari possent.

Ep. I 36.

terruit Hector equos.

Ἕκτωρ τοὺς ἵππους ἔστρεφε.

Cf. Iliad. VIII 168. XVII 699. XX 488. Odyss. XV 205.

Omnibus autem reliquis locis et Heroidum et Metamorphoseon verbum terrendi recte redditum est.

Ep. X 26. XVIII 26

raucis (sc. undis et aquis) Homerica voce *πολύφλοισβος* vertitur. Ibi

---

23) reus = *ὑπεύθυνος*, cf. Ep. XVI 326. XX 93 (reus agor = *ἄγομαι ὑπεύθυνος*) Met. XIII 314. XV 37. 42.

sons = *ὑπεύθυνος* cf. Met. XI 268.

24) Cf. Proleg. ad Hermog. in Rhet. Graec. V. Bachmann Anecd. Gr. I p. 99 Epistulas Planudis ed. Treu, Ritschl Opusc. I 292 sq.

autem ubi raucus cum alio substantivo coniunctum est, scriptum legimus *βραγχώδης* vel huius vocabuli synonymum. Cf. Met. II 484. IV 291. V 600. 678. VI 377. VIII 287. XIII 567. XIV 106. 280. 409.

Denique Ep. V 19.

Retia saepe comes maculis distincta tetendi

non inepte sic vertitur:

Πολλάκις συνθηρῶσά σοι τὰ πολυωπὰ διέτεινα δίκτυα.

Cf. Odys. XX 386 *δικτύῳ ἐξέρυσαν πολυωπῷ.*

Sed ne quid dissimulare videar quod ad rationem vertendi Planudis cognoscendam valeat, de duabus vel potius una scriptura, qua prorsus aliud licentiae genus contineri videtur paucis agendum erit.

Legimus enim:

Ep. III 117 »tenuisse puellam«

et Ep. XVIII 183 »te (sc. Leandrum) numquam tenebo.«

Sic libri ad unum omnes. Planudes autem vertit utrumque locum quasi non verbum tenendi sed videndi in suo exemplari scriptum esset. Necesse est alterum sit de duobus. Aut enim Planudes eadem ratione, quam in Anthologia consarcinanda eum secutum esse scimus, in his quoque carminibus vertendis usus est, aut et vidisse et videbo revera in suo exemplari legisse putandus est. Ad priorem autem opinionem quominus deducamur obstat ipsa Heroidum interpretatio, ex qua liquidissime apparet illum sane eo tempore, quo has epistulas verterit nondum tam severe de eis rebus quae aliquid haberent obscoenitatis iudicavisse. Insunt enim etiam in Heroidibus satis multa quae monachum magis offendere deberent, quam ii loci, de quibus agitur. Attamen nulla religione commotus vel obscoenissima accurate vertit omnia. Quae cum ita sint, illas scripturas ad ipsum codicem referre non dubito; quod ita intellegi nolim, quasi existimem illa verba sola exarata fuisse; quod ne umbram quidem habet probabilitatis, sed ni egregie fallor, vidisse et videbo pro varia tantum lectione aut supra lineam, aut, quo magis inclino, iuxta genuinam lectionem in ipso versu scripta erant. Quae ratio scribendi ipsius archetypi propria fuisse videtur, ut ex nonnullis exemplis in Puteano et Planudeo codicibus solis servatis luce clarius apparet.[25]) Ex duabus autem lectionibus cum esset eligenda

---

[25]) Ep. II 7 bene qua enos *D* bene nos — *alii* quae nos — *alii P deest.*
Ep. X 86 an et haec *D* an et haec *P* an haec *ω*.
Ep. XVII 19 lusi vixi *P* lusi — *alii* vixi — *alii.*
Ep. XVII 63 terrae Troiae *P* terrae — *alii* Troiae — *alii.*

una, monachum vertisse utroque loco castiorem ut ita dicam, vocem neminem ut opinor, mirum habebit. Itaque ne in his quidem locis interpretem merae libidini indulsisse concedere possum.

Haec sufficiant in universum de ratione vertendi Planudea. Nam exemplis allatis quamvis paucis id demonstrasse mihi videor, interpretem si non verbum de verbo ut Mörbecke ille, qui Aristotelis opera in linguam Latinam transtulit, quamquam ne huiusmodi quidem loci desunt, Heroidas ita vertisse ut a Latinis verbis longius quam par erat non discederet, nisi certis de causis. Quae causa mutandi in unaquaque scriptura iudaganda est, ne de lectionibus exemplaris Latini temere iudicemus. In re autem dubia bene disputationi meae me consulturum esse existimo, si scripturas, de quibus iure ambigi potest, ad interpretem potius retulerim quam codici fortasse iniuria obtruserim.

Sed nondum ad finem eius quaestionis quae est de ratione vertendi pervenimus. Hucusque enim eos tantummodo locos tractavimus qui consensu codicum traditi sunt; nunc ostendatur, quaenam ratio in singulis lectionibus disceptandis quae varient in libris obtineat, atque iterum quaeritur, quo iure singulae scripturae, quae Graeca interpretatione exhibentur, ad ipsum exemplar Latinum referantur. Ad quam rem diligenter tractandam varias lectiones in haec genera dividere fortasse iuvabit.

I. De lectionibus quae litterarum similitudinem prae se ferant:
   a) significatione similibus,
   b) significatione diversis.

II. De lectionibus quae nullam habeant litterarum similitudinem:
   a) significatione similibus,
   b) significatione diversis.

Ia.

Primum igitur de eis scripturis, dicam quae cum significatione non multum inter se differant, tamen propter litterarum similitudinem a librariis facile permutari potuerunt atque revera sescenties in codicibus permutatae sunt.

In nullis autem verbis id saepius factum est quam in eis pronominibus scribendis quae sunt »ille, iste, ipse«, neque Heroidum codices huic consuetudini non sunt obnoxii. Quaeritur igitur, possitne ex interpretatione tuto colligi quomodo res in exemplari Planudeo se ha-

buerit. De qua re iudicari non poterit, nisi prius intellectum erit, num omnino interpres in his pronominibus vertendis eis quoque locis, ubi libri omnes consentiunt, sibi constiterit. Atque mihi in hanc rem inquirenti effectum est interpretem mirum in modum sibi constitisse, cum ille vocabulo quod est ἐκεῖνος, iste οὗτος, ipse αὐτὸς verteret. Quin etiam CCCXXXIV locis, ubi haec pronomina in Heroidibus occurrunt, septem tantum exceptis genuina leguntur.[26]) Quae mira vertendi constantia cum neque casui attribui possit neque ita explicanda sit, ut dicatur Planudem in unaquaque voce vertenda calamo seposito cogitasse, quodnam pronomen sententiae poetae optime conveniret, sequitur illa pronomina ita ab eo reddita esse, ut in codice Latino scripta essent. Diligentius igitur in hac quidem re exaratus fuisse putandus est quam libri qui exstant omnes. Cui rei in codicis indole et bonitate diiudicanda nescio an aliquid tribuendum sit.

Aliis ex scripturis propter facilitatem errandi non tam confidenter lectionem Latini codicis eruere possumus, cum identidem falsa in interpretatione legantur, quae utrum errori interpretis an Latino codici attribuantur diiudicari nequit. Exempla id genus haec sunt: persequor — persequar, queror — querar. exidimus — excedimus. delegere — deligere. ignoras — ignorat, erat — eras. sola — solā (= solam). sint — sunt et sescentia similia.

Hae igitur lectiones, cum vel in libris distingui vix possint, ad nostram disputationem nullius pretii, sunt nisi forte ea condicione, ut interpres solus id quod unice verum est exhibeat; velut, ut unum afferam exemplum, Ep. XVII 205, ubi libri ad unum omnes habent relinquis pro relinques. Sed quamquam Planudes vertit καταλείψεις, tamen nescio an temere agere videaris, si colligas revera relinques in exemplari Latino fuisse.

Cum enim videmus in hoc vel illo verbo numquam a vero aberratum

I b.

Venimus ad eas scripturas, quae propter litterarum similitudinem saepe permutari solent, quamquam prorsus diversas habent significationes. De quibus locis quatenus ad codicem Latinum restituendum adhibendi sint, iudicium pendet sola ab vertendi constantia,

[26]) Uno loco (Ep. XX 163) interpres solus genuinam praebet lectionem quae est ille (ἐκεῖνος) confirmans Diltheii coniecturam, nam in omnibus codicibus scriptum est hic.

esse certo colligi potest librarium, cuius codicem Planudes exaravit, in eis verbis, de quibus agitur, scribendis diligentissimum fuisse; sin autem vel semel a genuina lectione discessum est, etiam in reliquis locis hoc accidisse per se verisimile est. Hoc posito, inspiciamus exempla.

Nomina, numina, munera, numen, nomen, lumen.

Quae verba quam saepe inter se confundantur dici vix potest[27]), tamen ne semel quidem in nostra interpretatione falsa scriptura legitur, quod explicari non potest, nisi ipsa codicis Latini condicione. Nam nemo contendet eum, qui res multo graviores prorsus neglegere solet, in his minutiis tam diligenter rem egisse, ut omnia quae falsa viderentur, tacite emendaret, nisi forte eum per errores admodum felices semper aptissima posuisse vocabula censes. Idem valet de verbis quae sunt »fata — facta; auctor — actor; lapsa laesa, laxa lassa; placidus — placitus« etc.

Solemnis etiam eorum vocabulorum, quae sequuntur, in libris est confusio »ut et at ad aut, adductos — abductos, vester — noster, vobis — nobis, tuus — suus, vox — nox, admissus — amissus, adest — abest, dura — dira, novere — movere, dixit — duxit«, et quae sunt similia. His autem omnibus locis summa cautione uti oportet, quoniam in illis vocibus vertendis Planudem saepissime aberrasse videmus. Est igitur perdifficile ad diiudicandum, utrum illi errores ad interpretem an ad codicem referantur. Nam eodem iure dici potest Planudem ad sententiam quae requiratur male intentum genuinas codicis lectiones corrupisse atque iam librarium neglegentia a vera scriptura discessisse.

II a.

Quod ad alterum genus variarum lectionum supra significatum attinet, longe facilius et confidentius de codicis Planudei scripturis iudicare possumus. Nam haec varietas quoniam ex aliqua litterarum similitudine non fluxit, iam ex constantia singularum vocum vertendi clarissime elucebit, quid interpres in suo codice legerit. Quae res nonnullis comprobetur exemplis:

---

27) Vel Puteanus in his vocibus identidem a vero aberravit. cf. Ep. VII 87 munera pro numina, XII 80 nomen pro numen, II 56 numinibus ubi codex D solus genuinum exhibet nominibus (ὀνόμασι).

Ep. XIX 169 legimus haec:

»Atque ita quisqne suas iterum redeamus ad urbes«.

»Quisque« exhibent libri ad unum omnes. Unus Bentleius pro quisque reponendum iussit uterque. Quin utraque lectio optimum praebeat sensum, dubitari nequit. Hoc tantummodo quaeritur utram Planudes legisse putandus sit. Vertit enim ita:

Καὶ οὕτως αὖθις ἑκάτεροι πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανέλθωμεν πόλιν.

Si circumspicimus, quomodo reliquis locis haec duo pronomina vertantur, videmus quattuor locis exceptis[28]) pro uterque constanter vocabulum ἑκάτερος positum esse. Cf. Epist. IV 106. 114. V 46. VI 62. IX 16. XX 72. Metam. I 338. III 145. 147. 255. VI 59. XI 479. XII 147. XIII 147. 462. XIV 568. XV 829.

quisque autem eis duobus locis Heroidum et Metamorphoseon ubi legitur (Ep. II 43. Met. I 59), vocabulo ἕκαστος vertitur. Quid multa? Necessario si quid video consequitur versum ita in codice Planudeo exaratum fuisse:

»Atque ita uterque suas iterum redeamus ad urbes«.

Ad structuram ipsam aptissime conferri potest exemplum simillimum. Epist. V 46:

»Miscuimus lacrimas maestus uterque suas«.

Ἑκάτεροι ἀνιώμενοι τὰ οἰκεῖα δάκρυα ἀνεμίξαμεν.

Epist. VI 17 sq.

»Quid queror officium lenti cessasse mariti
Obsequium maneo si tua grande tuli«.

Pro eo quod est obsequium *c*, *t.*, *cod. Bentl. Schraderus* apud Loersium scribunt officium.

Scholiasta autem codicis Trevirani[29]) qui haud raro contra t genuinas praebet lectiones, hoc loco et in lemmate et in explicatione bis exhibet obsequium, quocum Planudes consentire videtur illa verba sic vertens:

Ἀλλὰ τί ποτε δυσχεραίνω ὡς ληξάσης μοι τῆς τοῦ βραδύνοντος ἀνδρὸς χάριτος μεγάλην ἤνεγκα χάριν εἰ σὴ μείνω.

Non potest dubitari, quin unum idemque verbum utroque loco legerit interpres. Hoc tantummodo ambigitur, utrum vocabulum ob-

---

28) Met. III 323. VIII 13. 206. XIII 779. uterque satis recte eo verbo quod est *ἀμφότεροι* redditum est.

29) Cf. Epist. V 28. XIX 113.

sequium an offcium voce χάρις reddere voluerit. Cui quaestioni disceptandae momentum facit constantia vertendi. Atque officium quidem, quod verbum diversissimos habet intellectus, nihilo secius semper fere isdem vocabulis vertere solet. Cf.

Ep. XIII 27. 140. Met. VI 250. 422. XII 4. 33. XIII 277 = ἔργον, ἐργεσία.

Met. II 286. 385. 480. VIII 131. X 418. XIII 367 = ἐνέργεια, ὑπουργεσία.

Obsequium unico altero loco, quo in Heroidibus et Metamorphoseon libris legitur, redditur χάρις. Cf. Metam. III 274.

Quae cum ita sint, animum eo inclinare confiteor, ut arbitrer obsequium utroque loco in codice Planudeo fuisse.

De eis autem quae sequuntur exemplis nihil de scriptura codicis D colligere licet, nisi forte ex metrica ratione elucet, utra lectio in codice illo deperdito fuerit. Sufficiant ad id genus scripturas intellegendas haec: loqui, recensere (ἐξιέναι, φάναι). ventus, aura (ἄνεμος, πνεῦμα). unda, aqua (κῦμα, ὕδωρ). libet iuvat (τέρπει, δοκεῖ). claudere, condere oculos (κλείειν τὰ ὄμματα).

Haec enim omnia prorsus promiscue habuisse interpretem eis locis evincitur, quibus omnes libri conspirant.

IIb.

Eam totam partem quae est de ratione vertendi Planudea absolvisse mihi videbor, cum de eis discrepantiis codicum dixero, quae similitudinem neque litterarum neque significationis prae se ferant. In quibus scripturis ut res ipsa fert perraro nobis obvenit iudicandi difficultas, quoniam ex ipsa interpretatione Planudis, quem merae libidini non indulsisse iam constat, apparet quaenam lectio in exemplari Latino exarata fuerit. Si igitur, ut etiam huius generis exemplum afferam, Epist. XVII 18 κάθημαι legimus, apparet non videor, quod Puteanus et Gissensis exhibent, sed genuinam scripturam quae est sedeo in reliquis libris servatam interpretem legisse.

Restat ut de uno loco agam ad diiudicandum perdifficili, etsi in id genus vertendi, in quo modo versabamur, non cadit.

Epist. I 85:

Ille (sc. Laertes) tamen pietate mea precibusque pudicis
Frangitur et vires temperat ipse suas.[30])

---

[30]) ipse *G Sedlm.*, illa *E ω*, ira *Heinsius*, inde *Burmann* (P deest

Libri ad unum omnes habent vires, quae scriptura, etsi simili loco ex Ponto III, 6,24 »iustitia vires temperat ille suas« defenditur, tamen viris doctis tantae offensioni fuit, ut emendando eam sanare studerent, e quo studio hae coniecturae natae sunt:

et voces — Francius scripsit
ira pro pronomine inseruit Heinsius.

longe scitius si omnino opus est coniectura Riesius coniecit atque iras. Vertit Planudes ita:

Ἐκεῖνος μέντοι τῇ ἐμῇ φιλανδρίᾳ καὶ ταῖς ἐμαῖς σώφροσι δεήσεσι ἐπικλᾶται καὶ τὴν οἰκείαν αὐστηρίαν μαλάσσει.

Praebet difficultatem illud *αὐστηρία*[31]), quae vox inusitata ad quamnam significationem propius accedat, prorsus ambigitur, neque ex constantia vertendi ullum sumi potest auxilium, quia hoc vocabulum in conversionibus Heroidum et Metamorphoseon non legitur nisi hoc uno loco. Si ipsam vim vocis accuratius consideres, *αὐστηρία* multo magis ad significationem irae quadrare videtur, quam ad notionem quae est in vires. Vocabulum autem ira cum ubique apud Planudem *ὀργή* vel *θυμός* vertatur, atque vires *δυνάμεις* vel *σθένος*, ex difficultate me expedire confiteor non posse. Sed quodcunque Latinum vocabulum interpretem legisse existimas, contra aptam sententiam et poeta dignam cogitandi rationem non peccavit.

Haec habui, quae dicerem de ratione vertendi, quatenus in ea interpretatione, in qua versamur, agnoscitur. Totam materiam exhaurire ne possem quidem si vellem, qua de causa nonnulla momenta ad illam rationem cognoscendam illustrandamque utilia colligere satis habui atque, ni fallor, normam quandam iudicandi nactus sum, qua aliqua cum probabilitate disceptari posset, ad quasnam lectiones Latinas singulae scripturae Graecae referendae essent quaeque exemplari

---

hac parte), omisit *Planudes.* ex qua re in archetypo lacunam fuisse recte suspicari mihi videor. atque inde factum est, ut alius aliud quod deerat restituere temptaret. Codicem autem Planudeum ad sinceriorem archetypum qui nondum correctoris manum expertus erat, redire vel eiusmodi minutiis, ni egregie fallor, evincitur neque desunt similia id genus exempla. Cf. Epist. XIV 61. XVIII 171.

[31]) Pro *αὐστηρία* antiqui scriptores usurpaverunt *αὐστηρότης* quod vocabulum apud Theoph. C. P. VI 18 fortasse restituendum est pro *αὐστηρία* quod est in libris.

potius Latino quam interpreti vel etiam librario [32]) attribuerentur. Quod tamen non pauca [33]) restant de quibus iure ambigi possit, nemo mirabitur; hoc enim fert ipsa natura interpretationis.

III.
Codex D cum singulis libris comparatur.

1. De ratione quae inter codices D et P intercedit.

Initium sumam, ut par est, a vetustissimo libro Parisino, qui codex etsi facile principem locum obtinet, tamen non tam integra est condicione, ut variae lectiones librorum recentioris aetatis omnino pro nihilo habendae sint. Immo, si quid video, interpolationes et satis multae singularum vocum corruptelae etiam in Puteano leguntur. Bonitas autem huius codicis atque sanitas [34]) aciem quasi mentis plurimorum criticorum non raro adeo praestrinxit, ut spretis lectionibus aliorum codicum haud dubie genuinis menda Puteani in textum reciperent. [35]) Ut igitur via atque ratione disputemus, necesse erit, priusquam de genuina scriptura diiudicetur, accurate inquiri, quae lectio magis Ovidianae dicendi et cogitandi consuetudini conveniat vel sententiarum conexu requiratur.

Codex Planudeus decurtatus fuit; nam easdem quas plerique libri prae se tulit lacunas. desunt enim in eo Ep. II 18. 19. XVI 39—142. XXI 13—248, deest etiam epistula Sapphus. Quod ad eos versus qui initio nonnullarum epistularum hodie desiderantur [36]) pertinet, exemplar quo usus est interpres eandem exhibuit condicionem atque Puteanus aliique.

Codex igitur D in his scripturis a Puteano discessisse videtur. [37])

---

[32]) Cf. supra p. 2.

[33]) De quibus in eis quae sequuntur saepius mihi dicendi dabitur occasio.

[34]) Cf. Sedlmayeri Prolegomena Critica ad Heroides Ovidianas Vindobonae 1878 p. 39 sqq. ad quem libellum lectores, si modo erunt, saepe provocabo.

[35]) Quam rationem recte vituperat Vahlenus in disputatione quae inscribitur. »Die Anfänge der Heroidenbriefe«. Monatsber. der Berl. Acad. 1881 p. 1. p. 22. p. 37.

[36]) Cf. Vahlenum l. c.

[37]) Genuinas lectiones in tabulis sequentibus litteris latius dispositis designavi.

		Incipit *P* a versu II 14 sed usque adv. 44 fere omnia oblitterata sunt.
[1]) II 28	detinuisse — *D solus* (*κατέχειν*)	demeruisse *P* G *ω*
II 47	abires *D* E *ω*	haberes *P* G
II 50	nominibus *D solus. Hubertinus*	numinibus *P* G E *ω*
II 69	Sciron *D*	Chiron *P* E t d e γ_1 γ_2
II 77	imitaris *D* g_1 e g_3	miraris *P* G E *ω*
[2]) II 102	laesa fides *D*	lapsa f. *P* G
II 122	quaque *D* E (*ω*) (*ὅπου ποτε*)	quaeque *P* G f *a*
III 57	Eos *D* d *Sedlm.*	hora *P eras.* P^2 G E *ω*
III 80	at vel sed *D Bentley* (*ἀλλὰ*)	et *P* G E *ω*
III 97	flexit *D* G *ω*	felix P *solus*
[3]) III 154	more vel iure *D* more G *ω*	iure *P* f e
IV 39 sq.	post 41 sq. *D σ* g_3 etiam g_2	39 sq. 41 sq. *P*
[4]) IV 45	servare *D* E *σ soli* (*φυλάττειν*)	versari *P* G *ω*
IV 124	augendi *D solus* (*αὐξηθῆναι*)	tollendi *P* G E *ω*
V 4	si sinis ipse *D* G E (*ω*) *recte?*	si sinis, ipsa *P* t *σ*
V 25	post 21 sq. *D* E *a* e d g_1 γ_1 g_3 *σ*	*desunt in* *P* G
V 75	Helene *D* G E *ω*	bene *P* de te P^2
[5]) VI 54	vita *D* G E *ω*	fortuna *P*
VI 81	Argolicas *D* G E *ω* (*τὰς Ἀργολικὰς!*)	Argolidas *P* e
VI 109	Aesonide *D σ soli*	Aesonides G E *ω*
[6]) VI 147	fortasse (*ἴσως*) *D solus*	sospesque G E *ω*

---

[1]) detinere = *κατέχειν* cf. Epist. IV 68. 110. XIII 20. Met. I 682. XIII 301. mereri vertit Planudes verbo quod est *ἀξιοῦν, ἀξιοῦσθαι*, demereri neque in Heroidibus neque in Metamorphoseon libris praeter hunc locum legitur.

[2]) »*καὶ μόνος ὁ χρόνος λυμαίνοιτο τὴν σὴν πίστιν* i. e.« et tua sit solo tempore laesa fides. Nonnulli codd. lassa vel laxa cf. Ep. VII 97 laese pudor = *λυμανθεῖσα αἰδώς*. Id autem verbum quod est labi constanter redditur *ὀλισθάνειν* cf. Ep. VII 187. X 65. 140. XIX 155. XX 208. Met. II 406. 656. III 410. V 387. VIII 52. XI 138. 631. XIII 954. XIV 633. 821. XV 227. 275.

[3]) Diiudicari nequit, utrum legerit interpres. Hoc enim loco vertit *δεσπότου τρόπον*, Ep. XX 82 ubi omnes codd. praebent dominae more redditur *δεσποίνης δίκην*. Item Metam. XIV 207.

[4]) *IV 48—103 et V 97 — VI 49 desunt in P.*

[5]) Non inscite coniecit Sedlm. — vitta.

[6]) Non dubito, quin hanc lectionem re vera codici suo debuerit interpres· nam reliquis omnibus locis ubi sospes legimus, recte vertit vobabulis quae

VI 153	succuba *D a* d (ὑποβεβλημένη)	subnuba *P* G (ω?)
VI 156	{ aque illa *D Burm. Merk. Riese,* { atque E *recte?*	sit illa *P* G f *a* t γ_1 g_1 σ g_3
VII 15	quaesita — quaerenda *D*	quaerenda — quaesita *P* G ω
VII 48	fugias *D* G f *recte?*	careas *P* ω
VII 72	fulmina *D* G ω	flumina *P* d
VII 75	parcas *D* E f d e γ_1 t g_1 v_1 σ v_3 g_3	curae *P* G *a* γ_2 (?) *soli*
VII 87	numina *D* G P^2 ω	munera *P* E t *soli?*
VII 126	meis *D* G *a* d t σ	suis *P* f γ_1 v_3 g_3 γ_2
VII 157	quem superet *D* G ω (ὃν ἂν νικήσειεν)	quod superest *P* σ *soli*
VII 159	matrem *D* nonnulli Heinsiani (?)	patrem *P* E G ω
7) VII 160	Dardaniosque deos *D* ?	sacra deos *P* ω
VII 174	nunc (νῦν) *D* G (ω?)	sed *P* v_1 g_3
VII 189	fato (μοίρᾳ *D* e f^2 (ω?)	facto *P* G f t g_1
8) VIII 77	flebatque *D* G ω	Phoebique *P*f Phoebitique g_3 Phoebeque *Meziriacus Heinsius*
9) VIII 104	munus et hoc nobis *D* t (?)	et minus a nobis *P*
VIII 117	iuro (ὄμνυμι) D G t σ	oro *P* g_1 g_3 b γ_1 γ_2 e d t (v. l.)
IX 38	ora *D* G^2 *soli*	ossa *P* G ω (b)
IX 38	cerno *D* G ω b	ternå *P*

---

sunt σῶς vel ἀσφαλής cf. Epist. XII 205. XIX 206. Metam. VII 40. 425. X 401. XI 580. XII 203. XIII 127. XIV 39. 574. XV 440 etc. Fortasse in archetypo sic scriptum fuit: »ipse quidem per me sospes$^{\text{tutus}}$ fortasse fuisses. sed hoc est hariolari. Graece: Ἀλλ' αὐτὸς μὲν δι' ἐμοῦ ἴσως ἂν ἀσφαλὴς διεγένου.

7) »perque fugae comites, Dardana sacra deos«. Graece: πρὸς τῶν τῆς φυγῆς μετασχόντων σοι Δαρδανίων θεῶν.

8) Miror quod non solum editores sed etiam Hauptius Opusc. II p. 104 illud Phoebeque probaverunt. Praestrinxit eorum iudicium haud dubie auctoritas Parisini codicis; nam si Phoebeque primitivam lectionem fuisse existimas altera scriptura quomodo orta sit explicare vix poteris. Equidem non dubito quin illud nomen proprium explicandi causa ab eruditulo nescio quo supra versum scriptum (quod in nostris libris saepissime factum esse videmus) postea in ipsum textum irrepserit, id quod est flebatque eiiciens. cf. XIII 138 (XVI 363). neque est cur repetitionem verbi reprehendas, immo »flebat avus flebatque soror fratresque gemelli« nescio quid habet magis Ovidianum. Accedit quod nullum omnino exemplum in Heroidibus legitur, ubi pro genuino nomine proprio aliud verbum interpolatum est, neque profecto intellegitur, quae causa aliquem adducere potuerit ut flebatque iteraret, si nomen proprium illo loco legisset.

9) De hoc loco corrupto cf. Sedlm. editionem (1886).

IX 49	Augen *D* v_3 *soli*	anguem *P eras.* P^2 G *ω*
IX 60	collis *D solus. recte?*	toris *P* G *ω*
IX 72	pudeat *D* b *σ* (*ω*?)	pigeat *P* G
10) IX 97	dextrum — laevum *D* e *soli*	laevum — laevum *P* G t *σ* g_3
IX 120	en (ἰδοῦ) *D* G *α* d g_1 γ_1 g_3 γ_3 b	et *P* G^2 *σ* v_3 sed e f
12) IX 126	fortunam vultu fassa tegendŏ suam *D* G	fortunam vultu false tegente suam *P* f e b^2 v_1 *σ*
IX 129	sublimis ut *D* v_3 (μετέωρος . . . ὥς)	sublime sub *P* G b ab e v_1 *σ*
13) IX 141	lerni ferroque veneno *D* P^2	letifero veneno *P*
IX 141	141 sqq. *D* *ω*	141. 143. 142. 145 *P* 142 a. m. 2. post 141 positus
IX 145	quis — urit *D solus. recte?* (τίς — ἐξέκαυσε)	quo egit *P* *ω*
IX 147	147 sqq. *D* P^2 in marg	147—152 omisit *P*
IX 147	Oeta *D solus*	Ethna P^2 G *ω* enthua t
14) IX 150	mihi *D* G e	mea *P* *ω*
IX 153	Agrios *D solus*	acrios *P* f *soli* acrior G *ω* acior b
X 21	clamanti *D* P^2 f^2 b^2 (κραζούσῃ)	clamavi *P* V G *ω*
X 26	scopulus — pendet *D* G *ω* (ὁ σκόπελος — ἐπικρέμαται)	scopulis *P* V
15) X 46	desierant (ἐπαύσαντο) *D solus*?	desieram *P* g_1 g_3 desierat G

---

10) laevum — dextrum reliqui libri exhibere videntur. Unus codex apud Loersium dextrum — dextrum.

11) IX 81 sqq. Locus intricatissimus atque haud dubie iam in archetypo turbatus. De scripturis singulorum codicum nihil certi statui potest, cum editores varias lectiones non satis accurate retulerint. Vertit Planudes hos quattuor versus:

81 Crederis infelix scuticae tremefactus habenae
— G P^2 in marg (diceris b t d γ_1 g_3).
82 Ante pedes dominae pertimuisse minas
83 Turpiter ipse aliis referebas verba puellis
(om P g_3) — b
84 Pacta narrabas dissimulanda tibi.

Cf. Heinsium, Loersium Sedlm. ad loc.

12) Cf. Sedlm. ad loc. L. Müller de re met. p. 336.

13) Cf. Sedlm. ad loc.

14) mors mihi pignus erit — θάνατος μοι ἐχέγγυον ἔσται.

15) Si Burmanno fides habenda est, unus antiquus (?) codex eandem exhibuit lectionem.

[16] X 86	an et haec saevas tigridas insula habet *D solus*	an et haec [saevas] t. i. h. *P* an haec s. t. i. h. — G ω an haec tigres i. ferat — b
X 99	luisses *D* G^2 f b^2 t	luisset *P* tulisset P^2 b
[17] X 106	stravit (*κατέστρωσεν*) *D* P^2 G^2	*rasura in P*
[18] X 115	necavit *D* G	negavit[18]) *P*
X 118	prodita sum *D* G ω	prodicta *P*
[19] X 126	honore *D* G^2 reliqui (?)	aure *P* arce P^2 V e γ_1 σ γ_2
X 139	horret (*πεφρίκει*) *D* (ω?)	horrent *P* V G d γ_2
XI 30	minimos *D* G ω	animos *P* avidos V
XI 48	denaque *D* G	nonaque *P* f
XI 69	frondibus *D* G ω *Merkel Riese* (*φύλλοις*) b (?)	frugibus *P Sedlm.*
[20] XII 19	»semina iecisset totidem sevisset et hostes« — *D solus Shukburgh. Sedlm.*	s. iecisset (in ras) . . et semina hostes *P*
XII 31	Aeeta *D solus*	Oeta *P* V G ω
XII 32	Graia *D* G ω	grata *P* V
XII 73	animo *D* G *recte?*	mecum *P*
XII 73	noscis an *D* V G	nescis *P* d e γ_1 g_1 σ nescio P^2 *a* t b
[21] XII 80	genus et numen *D* V G P^2	nomen *P*
XII 101	miserabile *D* V G ω	mirabile[22]) *P* γ_2 *soli*

---

[16]) De hac scriptura quae ad archetypum ipso Puteano vetustiorem redire videtur infra agemus.

[17]) Cf. Sedlm. ad loc.

[18]) Varia lectio ex maiusculis litteris orta est.

[19]) Cf. Sedlm. ad loc.

[20]) *Ὁπόσα σπέρματα κατεβάλετο τοσούτους ἐχθροὺς σπεῖραι.* Cf. reliquas lectiones codd. et coniecturas vv. dd. apud Sedlm. qui Shukburghium secutus mirabili tamen errore »totidemque (sic!) sevisset et hostes« in textu posuit.

[21]) cf. contra Ep. II 50 ubi codex *D solus* genuinam praebet lectionem »generi nominibusque.«

[22]) Haec scriptura mea quidem sententia in eo genere vitiorum codicis Parisini versatur, de quo Sedlm. Proleg. p. 40 egit: »Plerisque locis P in mediis vocibus omittit syllabas velut *compta* pro *contempta*; *tristiae* pro *tristitiae*; *temeram* pro *temeratam*; *convia* pro *convivia*; *mores* pro *memores*; *Phileide* pro *Philaceides* etc.« Sic *mirabile* pro *miserabile.* Lectio igitur, quam etiam novissimus editor in textum recepit, nulla codicis nititur auctoritate neque est profecto quod in tradita scriptura offendatur.

[23]) XII 103	pervigil (vel insopor) ecce draco *D* P² *Palmer recte?*	insopor ecce vigil *P* cf. Sedlm. ad loc.
XII 172	»nec tener in misero pectore somnus habet« *D solus Merkel*	nec tene‖ra (a. m. 2) mis—ero p. s. h. — *P*
XII 205	Graia *D* G	grata *P* V v_3 e b cf. XII 32
[24]) XIII 35	Phylaceides *D* P² V G *ω Riese*	Phileide *P solus* Phileides *Heinsius Sedlm.*
[25]) XIII 37	lanas (ἱμάτια) *D* γ_2 *soli*	vestes *P* V G *ω*
[26]) XIII 60	quotacunque *D* P² *Heins. Bentl.*	quotaquemque *P*
XIII 73	*exhibet duos versus interpolatos — D*	*omittunt P* V G t g_3 cf. Prol. p. 70
XIII 81	qui pugnat amore *D* P² V G *ω*	quam pugnat amare *P*
XIII 122	solliciti *omisit D*	solliciti *P* sollicito b *Sedlm. Merkel* sollicitae *Riese*
XIII 135	»Troasin invideo quae sic — *D Salmasius*	Troadas invideo qui sic *P* V Troadis b quamvis *Bentley. Riese*
XIII 138	barbara *D* G *ω*	Dardana *P*
XIII 157	nostrum *D* γ_1	reditus *P* G
[27]) XIV 22	lucis — noctis *D* V G *ω Riese*	noctis — lucis *P* v_3 *soli*
XIV 47	Et rursus monitis iussuque coacta parentis *D* b g_1 e d t σ γ_2 g_3	Admovi ingulo sine me tibi vera fateri *P* lacuna in f v_1
[28]) XIV 61	at (ἀλλὰ) *D solus. Riese*	aut *P ω* non G haud f *a* t
XIV 91	queri *D* V G t *Riese*	loqui *P σ* γ_2 b *Sedlm.*
XIV 93	unda, is *D* V G P² *ω recte?*	umbra *P* γ_3 *soli*

---

[23]) pervigil et insopor uno eodemque vocabulo ἄγρυπνος vertere solet Planudes cf. Ep. VI 13. XII 62. Met. VII 149, cf. etiam Sedlm. ad loc.

[24]) Φυλακηίδες, quod unice verum esse videtur. Cf. doctissimam in hunc locum adnotationem Lennepii. Ceterum etiam in hac voce agnoscere mihi videor illud genus erroris, de quo modo dixi cf. adn. 22.

[25]) Ea vox quae est vestis sescenties occurrit, sed ubique vocabulo quod est ἐσθής, ἐσθῆτες vertitur. Si igitur hoc loco ἱμάτια scripsit interpres, luce clarius apparet eum unice genuinam lectionem a γ_2 solo servatam in codice D legisse.

vestis, vestes = ἐσθής, ἐσθῆτες cf. Ep. IV 71. XII 155. XIII 32. 40. XVI 224. XVIII 33. XIX 31. 43. Metam. I 528. II 23. 462. 582. III 185. 480. 556. IV 545. V 398. 601. VI 17. 405. 568. VII 182. VIII 318. 448. 859. IX 32. 166. 635. X 263. 421. 432. 536. XI 575. 617. 681. 726. XII 104. XIII 164. 264. 901!

[26]) ὁσουδήποτε. sic constanter pro quotacunque cf. Epist. IV 3. XVII 217.

[27]) »Crepusculum« quod praecedit est »Abenddämmerung«. Igitur lucis — noctis unice genuinum esse existimo. Cf. Loers ad loc.

[28]) Fuit lacuna in archetypo. Cf. p. 20 adnot.

XIV 123	Lynceu *D* Lynce ē — b (478)	Line ē *P* G ω
XVI 22	Phereclea *D solus*	feraclea *P* G α t σ
[29] XVI 166	*duo disticha spuria* — *D* t γ_2. reliqui cdd. post. 168.	*omittunt P* V G cf. Sedlm. ad loc.
XVI 223	quidni tamen *D* V *soli* (τί μέντοι μή)	quidnam *P* quid enim P^2 b
XVI 243	aliquem *D* G α d γ_1 g_1 g_3	iuvenum *P*(?)V f σ γ_2 b g_3
XVI 260	ausus sum blandis *D* e d v_1 γ_1 σ (ἐτόλμησα μειλιχίοις) v_3 γ_2 g_3	ausus cum blandis *P* V G b
[30] XVI 266	Quae proprio cursu vicerat ante procos, Ut Alcides *D* γ_1 e d σ	venit ut in Phrygios Hippodaminus sinus, Ut etc. *P* V G
XVI 269	isset (ἦλθεν ἄν) *D* V G ω t	esset *P* b g_3 *soli?*
XVII 169	forma *D solus. Bentl. recte?*	fama V ω
XVII 179	voluntas (βουλή) *D* f_2 t γ_2	voluptas *P* V ω G deest
XVII 194	fugit *D* ω	fuit *P* f g_1
[31] XVII 196	iuncta (συναφθεῖσα) *D* γ_1 α^2	iusta *P* V G vincta b γ_2 g_3
XVII 205	relinques *D solus. Sedlm. Riese*	relinquis P V G ω
XVIII 23 sq.	*exhibet D* ω in marg. *P*,	23. 24. 21. 22. — v_3, *omisit* g_3
XVIII 59	mihi *D* d f γ_2 g_3 (ω)	fere *P* G t freto γ_1
XVIII 79	nostras *D* G (?) γ_1 f d t b g_3 (ω)	nullum *P*
XIX 18	credi *D* G^2 ω Bentl.	reddi *P* V G f g_3
XIX 70	natator D ω	morator *P* V
[32] XIX 100	Sesta *D* V P^2 G^2 t σ	Thressa *P* g_2 d *Sedlm. Riese*

[29]) Hos versus vertit Planudes:

»Cum Venus et Iuno Pallasque in vallibus Idae
Corpora iudicio supposuere tuo
Primaque cum regnum belli daret altera sortem
(Ep. XVII 119 unaque . . . laudem.)
'Tyndaridis coniux tertia' dixit 'eris'.«

Cf. Sedlm. Proleg. p. 76.

[30]) Post illud »quae — procos« additur alius versus in nonnullis libris cf. Sedlm. ad loc.

[31]) Iusa — Burmann »ex optimis libris (?)«.

[32]) Non dubito quin »Sesta« genuina sit lectio:

»Interdum metuo, patria ne laedar et inpar
Dicar Abydeno Sesta puella toro.«

quocum conferas velim Epist. XVIII 1 sq.

»Mittit Abydenus quam mallet ferre salutem
Si cadat unda maris, Sesta puella tibi.«

Habet talia in deliciis Ovidius. Cf. Ep. IV 1.

Si posterior versus non est Ovidii, eo magis probabile fit »Abydeno Sesta« genuinum esse, quod interpolatorem imitatum esse existimo.

XIX 208	tuto *D* G f *a* t g_3 γ_2	toto *P* V A d g_1 d
XIX 209	nanti *D* G ω	nandi *P* f *a*
XX 39	placitas *D* V *soli?* g_2 (?)	placidas *P* G f *a* d e t γ_1 g_1 γ_2 g_3
XX 43	modi *D* ω	doli *P* G f t_2
XX 117	arcus *D* ω	artus *P* d
XX 120	pudenda *D* V	fruenda *P* G (ω?)

Qua ex comparatione intellegitur codicem D cum nonnullos versus interpolatos, quibus P liber est, praebere, tum compluribus locis contra P easdem atque libros recentioris aetatis exhibere lectiones corruptas. Insunt autem non paucae scripturae prorsus singulares quarum iudicium etsi nonnumquam a probabilitate pendet, tamen tanta praestant bonitate, ut ab iis probandis ne ii quidem abhorreant, qui Parisino codici in servitutem quasi addicti sunt.[33]) Accedunt lectiones eaeque genuinae quae adhuc in uno tantum vel duobus codicibus legebantur **II 122**. **III 57**. VI 109. IX 49. **IX 129**. **XIII 37**. **XVI 223**. XX 39 (?). Novem locis coniecturae vv. dd. confirmantur: **II 50**. III 80. VI 156. **XII 19**. XII 172. XIII 135. XIV 61. XVII 169. XVII 205.

Cavendum est igitur, ne manifestis corruptelis ad codicis Planudei aetatem definiendam abutamur, praesertim cum pleraeque iam in satis antiquis libris velut E et G legantur neque versus insiticii per se sunt documento recentioris aetatis. Nam profecto id quod Scaliger[34]) de Aetnae poemate questus est nulli carmini tantum nocuisse vetustatem, quam maxime etiam de Ovidio valet, cuius poemata omnibus temporibus manibus trita erant cuiusque versus sponte sua ad numeros aptos venientes[35]) quasi ultro ad imitandum sese offerre videntur ut fieri non potuerit, quin iam antiquitus versus interpolati in ipsum textum irreperent.

Certo autem ex his rebus colligitur codicem D ex Puteano neque originem traxisse neque ab eo pendere posse, sed tamen, quamquam hoc verissimum est, exemplar Planudeum multis locis aut solum aut perpaucis libris assentientibus adeo cum P consentit, ut arta quaedam inter utrumque codicem affinitas vel, quo magis inclino, eorum archetypi similitudo necesse sit statuatur:

---

[33]) Omnes, quas solus habet Planudes, lectiones infra congessi.

[34]) Apud Hauptium Opusc. II p. 26.

[35]) Cf. Ovid. Trist. IV 10, 25.

II 35	ventis agitatur et undis *D P soli?*	
II 73	post illos *D P* (ἐκείνους)	illo E alios G ω illis g_3 (?)
III 23	Menoitiades *D P soli?*	Menenciades G Meneciades E
III 34	bis sex *D P* G t (?)	septem E ω
III 65	Phthiis *D P soli*	
IV 107	Pittheia *D P*	
V 95	suadeat *D P* G (?) (πείθοι)	censeat ω E t e d f γ_1 a g_1 γ_2
VI 94	moribus *D P soli?* (ἤθεσι)	mobilis E G g_3 f nobilis g_2
VI 110	polliciti *D P* G (ὑποσχέσεως)	pollicito ω sollicito e Madvig
X 71	victor D P v_3	victus G ω
XI 127	in vulnera *D P* g_3 *soli?* (εἰς τραύματα).	vulnere t d e γ_1 σ γ_2 funere G f d g_1 γ_2
[36]) XII 67	alter petit alter habebit *D P soli*	

---

[36]) Locus in omnibus praeter P libris corruptus:

petit altera et altera habebit a (G^2) P^2 G
altera pet//// altera habebit V
altera petit et alter habebit } ω
petit altera et alter habebit (habebat). } ω

cf. Loersium et Sedlm. ad loc.

Unus Parisinus utroque loco praebet *alter*, particula *et* omissa. Cui proxime accedit V, codex vetustissimus cum exhibeat »altera petit« verbis nondum transpositis. en respicias velim Graecam interpretationem *ἄλλος μὲν αἰτεῖ, ἄλλη δὲ ἕξει.* Non dubito, quin Planudeus atque Parisinus codices unam eandemque scripturam praebuerint. At ille non praebet alter secundo loco! Audio. Tamen mox te mecum facturum esse spero. Imprimis animadvertendum est codicem D solum cum P priore loco alter habere. Qua ex re per se probabile fit in exemplari Planudeo etiam secundo loco alter fuisse. Illud autem *ἄλλη* mero ex errore interpretis ortum esse contendo cum in codice sic exaratus esset:

ALTERPETITALTERABEBIT.

Vides quam facile secundo illo loco aberrare potuerint librarii cum A littera prioris vocis ultima et prima sequentis coalescerent quod priore loco (ALTER PETIT) fieri non potuit. Litteram autem H saepe omissam esse testes sunt ipsi nostri codices qui cum H falso addunt tum ibi non raro omittunt ubi prorsus desideratur: velut esterna pro hesterna abes pro habes, ora pro hora; contra honus pro onus et multa similia. Qua ex ratione scribendi non solum error interpretis explicatur et excusatur sed etiam origines variarum lectionum reliquorum codicum patefiunt. Scriptura enim altera ex litterarum similitudine orta traxit mutationem prioris verbi quod est alter. Cuius corruptelae gradus ut ita dicam hos fuisse existimaverim:

XII 91	quota pars haec sunt — *D P*(?) *soli*	
XII 122	credulitatis *D P* G (?) (εὐαξαπάτητος)	crudelitatis t e b (*ω*)
XII 145	frequenter *D P* b² *soli* (ἀλλεπαλλήλως)	frequentant G b
XII 201	numeravimus *D P soli?* (ἀπηριθμησάμεθα)	
XIII 145	exuet haec *D P* g_2 *soli* (ἤδε ἀποδύσει)	exuet et V G (*ω*) b *σ*
[37]) XIV 119	paene *D P soli* (ἐξ ἅπαντος τρόπου)	poena *ω*
XVI 347	Pagasaens *D P soli?*	
[38]) XIX 151	sternuit *D P soli*	

2. De fragmento codicis Etonensis.

Ex Etonensi codice (E)[39]) qui aetate proxime ad Puteanum accedit praeter Epist I—VII 157 perierunt omnia. Haec autem pars librariorum supina socordia et emendandi libidine quam sit inquinata, vix potest dici. Qua de causa cavendum est, ne antiquitate codicis decepti nimiam fidem scripturis eius attribuamus. Eis autem exemplis quae sequuntur quamvis paucae sint lectiones quae nobis suppeditent ad comparandum, demonstratur codicem Planudeum Etonensi multo puriorem fuisse.

I 17 Menoetiaden *D*	Meneciades *E*
I 32 mero *D* G *ω*	metro *E solus*
I 33 tellus *D* G *ω*	porta *E solus*

Alter petit alter habebit — P
[Alter petit altera habebit]
Altera petit altera habebit — V contra metrum
Petit altera et altera habebit *ω* etc. —

Quae scripturae omnes nihil nisi manifesti versus metro laborantis emendandi sunt conatus. Sed etiamsi mea argumentatio non comprobetur, dubitari non potest, quin scriptura Planudea propius ad genuinam Parisini lectionem accedat quam reliquae omnes.

[37]) Ita id vocabulum quod est paene vertere solet Plan.

[38]) cf. supra p. 9 sq.

[39]) cf. Sedlm. Proleg. p. 5 sq. 87 sqq.

I 40	dolo *D* G ω	vigil *E solus*
I 48	esse solum *D* G	ante solum *E* ω (?)
I 92	Antinoique *D* G	Antinorisque *E solus*
I 113	claudas vel condas *D*	condam *E solus*
*II 50	nominibus *D solus*	numinibus *E* P G ω
*II 69	Sciron *D*	Chiron *E* P
II 72	caeca *D*	celsa *E solus*
II 75	factisque *D* P G ω	tantisque *E solus*
*II 77	imitaris *D* g_1 e	miraris *E* P G ω
II 110	multa *D*	plura *E solus*
*III 34	sex *D* P G	septem *E*
III 44	hora *D* P G	aura *E* (ω)
*III 57	Eos *D* d *soli*	hora *E* P G ω
III 87	me tamen ante *D*	ne finiat tamen *E solus*
III 153	impellere *D* (ἐλαύνειν)	implere *E solus*
IV 37	vix credes *D*	ignoras *E solus*
IV 72	tinxerat *D* P deest (ἐχρώννυ)	cinxerat G γ_1
IV 97	Cinyra *D*	Cinara *E solus*
IV 107	Pitheia *D soli*	p beida E *solus*
40) V 1 sq.	*om.* *D* P G (ω)	*exhibent* E e g_1 b in marg. *recte?*
41) V 20	longa *D* P G f α γ_1 t σ	summa *E*
V 60	fui *D*	tibi *E solus*
V 99	sapias *D* G P deest. σ (?) (φρονοίης)	cupias *E* t e d α γ_1 g_1 g_3 γ_2
V 105	amavit *D*	ominavit *E solus*
V 110	volant *D* e^2	cadunt *E* e *soli*
V 139	munitor *D* G	dominator *E* t
V 158	temporis esse precor *D*	temporibus peto *E solus*
42) VI 1 sq.	*om.* *D* ω	*exhibet E solus. recte?*
VI 8	Hypsipyle *D*	Hisiphile *E solus. Sic constantu*
VI 38	*D*	post. v. 62 habet *E solus*
VI 40	nostra *D* ω	facta *E* t g_1 σ g_3
43) VI 47	Dodonide *D solus* P deest	Tritonide *E* ad unum omnes.
VI 50	Aeeta *D solus*	Oeta *E* ω
VI 94	moribus *D* P	mobilis *E* G f g_3 nobilis g_1
VI 101	Peliae *D*	de te *E solus*

40) Asterisco eos locos indicavi qui iam antea allati sunt, ubi etiam varias lectiones accuratius adnotavi.

41) Epist. IV 43 cum omnibus libris Planudes praebet »summa.«

42) Cf. Vahlen l. c. p. 26 sqq.

43) De hac prorsus egregia scriptura infra copiose agam.

[44] VI 118	tu tales *D* g_3 *soli?*	res tales *E* (ω)
VI 137	referam D referā P^2 G	refert E v_1 g_3 referat f refera ||| P
[45] VI 140	quaelibet iratis *D* P (?) γ_2	qdlibet facinus *E* G
VI 157	male parta *D* G (*τὰ κακῶς κερδηθέντα*)	mala *E* P
VI 162	inops expers *D* P d t (ω) (*ἐνδεὴς ἀκοινώνητος*) — exspes G	inops mentis *E* e γ_1 γ_2
[46] VII 1 sq.	*om D* ω	*enhibet E* e γ_2
VII 13	te crescentia *D* P G ω	mea surgentia *E solus*
VII 19	restat *D* t g_1 γ_1 e σ est P (*ὑπολέλειπται*)	et enstat *E* G f α g_3 constat d
VII 23	vota *D* P G	facta *E* γ_1 fata σ
[47] VII 45	quid non censeris *D* P G t e σ	quam tu dimittis *E* f (g_4)
VII 54	tam male *D* ω (*οὕτω κακῶς*)	cur male *E solus*
VII 56	tristia (*ἀχαρὰ*) *D* P G	tristitia *E solus*
VII 68	Phrygia *D* P f α e t γ_2 v_2 g_3	Troica *E* Tyria G d f^2 σ g_1
VII 82	plectar *D* P G (*πλήττομαι*)	fallar *E solus*
VII 87	te tua numina *D* G P^2 mea G^2 e d t	mea munera *E* P f Regius me tua f Heinsii
VII 92	foret D P G	foras *E solus*
VII 103	quater ore *D* P G	quater atque te rore *E solus*
VII 127	vinctam *D* P G (*δεσμῶτιν*)	victam *E* d γ_2
VII 149	»utque latet vitatque (?) tuas abstrusa carinas *D* P	utque iuvent ventusque tuas remusque carinas *E* cf. Sedlm.
VII 155	si quaerit Iulus *D* ω	si quaeris, Iuli *E solus*

Duobus (II 77 VI 137) igitur locis vel ad summum quinque (V 1 sq. VI 1 sq. VII 1 sq.) fragmento Etonensi inferius evadit exemplar Planudeum neque credibile est rem aliter se habituram fuisse, si codex Etonensis integer ad nos pervenisset. Sed quamquam alter ab altero nullo modo pendere potest, tamen in nonnullis lectionibus mirum in modum conspirant, qui consensus non potest explicari nisi ex communi fonte.

---

[44]) Si litterarum similitudinem respicimus, scriptura quae est »tu tales« quam proxime ad coniecturam Salmasii, quae est dotales, accedit. Cf. Sedlm. ad loc.

[45]) Planudes: *αὐτὴ ἡ λύπη τοῖς θυμουμένοις πᾶν ὁτιοῦν δίδωσιν ὅπλον.* Legit igitur: »Quaelibet iratis ipse dat arma dolor«. Cf. Sedlm. ad loc.

[46]) Cf. Vahlen l. c. p. 4 sq.

[47]) *Οὔκουν ἐγὼ τοσούτου τιμῶμαι ἐμαυτὴν ὅπερ μὴ ἀδικῶς κατὰ νοῦν λογίζου.* Mediteris quod nonnulli codd. praebent (g_1 g_2 d g_3), Planudes vocabulo quod est *μελετᾶν* vertit. cf. Metam. VII 727. IX 520.

quem archetypum saeculo un decimo quo tempore codex, Etonensis scriptus est, vetustiorem fuisse necesse est.

Consentinnt autem his locis.

*II 122	quaque *D E*	
*IV 45	servare *DE* (*etiam σ*)	
*[48]) V 4	si sinis ipse *D E* G *recte?*	
*VI 156	atque viro *D E*	aque e d γ_2

3. De schedis Vindobonensibus.

Venio ad schedas Vindobonenses (V) saec. XII, quarum lectiones Sedlmayerus[49]) primus ad Heroidas recensendas in usum vocavit. »Octo tantum exstant folia tota et tria dimidiata omnia vero glutine illita, recisa in marginibus, rimis perforata innumeris.« Incipiunt autem schedae a versu Epist. X 14, desinunt in Epist. XX 224; Epist. Sapphus et XVI 39—142 ut in plerisque libris omissis.

*X 21	clamanti *D*	clamavi *V* P G
*X 26	scopulus *D* G	scopulis *V* P
X 31	aut etiam *D* P^2	aut fuerant *V* g_1
*X 106	stravit *D*	tinxit *V* b γ_1 t
*X 126	honore *D*	arce *V*
X 127	narraris *D* P d f^2 σ v_3	narrabis *V* G ω
*XI 30	minimos *D* G	avidos *V* animos P
XI 72	dat *D* P G	dant *V* f σ
*XII 31	Aeeta *D solus*	Oeta *V*
*XII 32	Graia *D* G	grata *V* P *soli*
XII 204	tibi *D* P G	mihi *V*
[50]) XIII 5	multa *D* P G	plura *V* g_1 f γ_1 e σ γ_2
*XIII 37	lanas *D* γ_2 *soli*	restes V ω
XIII 122	bona *D* P G	mea *V*
XIII 152	meos *D* P G	tuos *V* b^2 t σ

XIV 61 sqq. *61—64 om V v. 62 post 118* cf. Sedlm. ad loc. et proleg. p. 54

[48]) Cf. Vahlen l. c. p. 39 Excurs.

[49]) Cf. Proleg. p. 8 sqq.

[50]) Eadem discrepantia in E — Epist. II 110 legitur. Fortasse utraque lectio ad unum eundemque archetypum redit.

XVI 33	urbes *D* P V^2 G	aures *V solus*
XVI 38	fuit *D* P G	mihi *V*
XVI 203	etiam *D* P G	etiam erat *V* b
XVI 205	forma *D* ω schol. V	armis *V*
* XVI 243	aliquem *D* G *a* d γ_1 g_1 g_8	iuvenum *V* P
* XVII 169	forma *D Bentley*	fama *V* ω
XVII 173	hic me tecum *D* ω	hieme *V solus*
* XVII 179	voluntas *D* f^2 t *soli*	voluptas *V* ω
* XVII 222	precor *D* schol. V	procul V P
51) XVIII 1 sq.	*exhibent D* P^2 G ω	*om. V*
XIX 44	tinguere *D* P G	tangere *V*
XIX 48	iactat *D* P G	tractat *V*
* XIX 70	natator *D*	morator *V* P *soli*
XX 50	inque medo cupido D	inque tui cupidos *V solus*
XX 80	crura *D*	iura *V* f d γ_2
52) XX 84	livida (πελιδνός) D P ω	aspera *V* G
XX 101	nihil est *D* ω	quia nil *V solus*
XX 120	mihi *D* ω	tibi *V solus*

Qua ex comparatione hoc certo demonstrari videtur exemplar Planudeum, licet ei multa ad perfectam desint bonitatem, multa tamen in Vindobonensi, codice vetustissimo mirifice corrupta aut solum aut aliis libris assentientibus, integra servavisse. Conspirant autem his locis:

XII 65	aversaque *D V*	adversa P G ω
* XIV 44	*hunc versum om. D*	*in margine V*
*53) XVI 223	quidni tamen (τί μέντοι μὴ) *D V soli*	
XIX 27	tibi (σοι) *D V*	tui P G ω
* 54) XX 39	placitas *D V* (εὐδοκουμένας)	placidas P G ω
* XX 120	pudenda *D V*	fruenda P G ω

---

51) Cf. Vahlen l. c. p. 18 sqq.

52) lividus = πελιδνός cf. Metam. II 776. IV 714. VIII 536. XIII 817. asper = τραχύς cf. Epist. V 142. VIII 26. IX 112. Met. VI 76. VII 556. IX 751 (asperitas, τραχύτης) X 222. XI 402. 490. XII 236. XIII 701. 803. XIV 485. 526. XV 720.

53) quidnĕ G (?) quod si legisset Planudes non μὴ sed ἆρα vel ἆρα οὐ vertisset. Cf. Epist. XIX 41 iamne putas ἆρα οὐ δοκεῖς. Epist. XIX 43 ne — an = πότερον — ἤ — iamne putas — an πότερον νομίζεις — ἤ.

54) De hac solemni permutatione cf. Heinsium ad Epist. XIX 208. Codex D a vero non videtur aberravisse. Cf. placitus = εὐδοκούμενος Ep.

4. De codice Guelpherbytano (G).

Cum in tota disputatione id agamus, ut quae ratio inter codicem D eosque qui hodie exstant libros intercedat, pernoscatur, in codice Guelpherbytano describendo non est opus commorari, praesertim cum omnia, quae ad condicionem auctoritatemque huius codicis intellegendam necessaria sunt, a Sedlmayero[55]) accurate pertractata esse videamus. Atque demonstravit Guelpherbytanum (XII saec.), etsi inter omnes praeter P libros facile principem obtinere locum, tamen innumeris locis corruptissimis lectionibus esse infectum. Quae cum ita sint, in iis Heroidum partibus, in quibus P ad singulares codicis G scripturas quasi ad obrussam exigendas caremus, summa opus est cautione, ne auctoritate Guelpherbytani adducti varias librorum recentioris aetatis lectiones temere spernamus, nam non raro illi codices, quamquam magna ex parte ex G originem traxerunt, ipso fonte sunt puriores. Atque recte Sedlmayerus observavit eas Guelpherbytani scripturas, quae per se improbari non possent, saepissime nos decepturas fuisse, si codex G solus ex libris antiquioribus super esset.[56]) His praemissis iam inspiciamus praecipuas G et D codicum discrepantias.

[57]) I 4 salva? *D solus* (σωζομένη)	tota *G ω*	(P deest usque [ad II 14.)
I 31 atque *D*	iamque *G*	
[58]) I 62 notata *D* G²	novata *G*	
* I 75 meditor *D* E (*ω*?)	metuo *G*	

XVII 100 Met. VII 226, placidus ubique aptissime redditum est vocabulis quae sunt πραΰς, γαληναῖος, μαλακός, μειλίχιος, ἥσυχος cf. Epist. XVIII 23. XIX 82. 92. 208. Met. I 107. 712. III 113. IV 651. VII 369. VIII 3. 823. XI 745. XIII 214. 898. 926. XV 116 et saep.

[55]) Cf. Proleg. p. 13 sq. 44 sqq. 79 sqq.

[56]) Proleg. p. 82 »Certe non paucis locis editores recepissent eius (sc. Guelpherbytani) coniecturas spretis libris recentioribus laudantes insuper codicem quod totiens solus servasset lectiones genuinas.«

[57]) Dubitari potest, num revera interpres salva in codice suo legerit, nam tota hoc loco proxime ad significationem, quae est in salva, accedit.

[58]) notare = σφραγίζειν (hoc loco) vel χαράττειν (Ep. III 2)
novare = ἀνακαινίζειν cf. Epist. I 20 cura novata est = τὸ ἐμὸν ἄλγος ἀνεκαινίσθη item Met. IV 279. Cf. etiam Met. IV 539. XII 287.

* 59) II 7	quae bene nos *D solus*	quae nos *G* e γ_1
II 11	putavi *D* E (ω) *recte?*	notavi *G*
* II 28	detinuisse *D solus*	promeruisse *G*
* II 35	undis *D* P	auris *G* α d γ_1 g_1
* II 47	abires *D* E (ω)	haberes *G* P
* II 50	nominibus *D Hubertinus*	numinibus *G* P E ω
* II 73	illos *D* P	alios *G*
* II 77	imitaris *D* e g_1	miraris *G* P (ω)
II 95	confundere *D* P (ω) (συμφυρᾶν)	effundere *G* γ_2
* II 102	laesa *D* [o Sedlm.]	lapsa *G* P (ω?)
II 122	lata *D* P	nota *G* γ_2
* II 122	quaque *D* E	quaeque *G*
61) III 30	blanda-prece *D* f^2 *Bentley*	blandas-preces *G* P E ω blandae f σ *Sedlm.*
III 61	relinquis *D* P (καταλιμπάνεις) cf. p. 28	relinques *G*
III 136	eat *D* P	erat *G* (III 146 erat corr. G^2)
IV 27	carpes (δρέψεις) *D Sedlm.*	capies *G* (L) t γ_2 carpis P G (*s*)
IV 31	sic tamen *D* P E (ω) si tamen e γ_2	et tamen *G* se d f t^2
IV 54	tota *D* (ω)	nostra *G* d σ γ_2
* IV 72	cinxerat *D*	cincerat *G* γ_1
IV 80	miror (ἄγαμαι) *D*	moror *G*
62) IV 84	iuvat *D* recte?	iuvas *G*
IV 160	tepidum (διαθερμαίνων) *D*P	trepidum *G*
V 1	nova *D* (ω)	mea *G*
63) V 16	depressa *D* P E f	deprensa *G*
* V 25 sq.	*post 21 sq.* *D* E α d e g_1 γ_1 g_3 σ	*omittunt* *G* P
V 96	aetas *D* P (ω)	eras *G*
V 124	illa *D* E ω	Graia *G* e
VI 2	auratae . . . ovis *D* (τοῦ χρυσοῦ προβάτου)	aurante vellere . . . ovis *G*
VI 9	nuntia *D* e f^2	de te *G* f g_1 σ
64) VI 17	obsequium? *D* schol. t	officium *G* ω
* VI 47	Dodonide *D solus*	Tritonide *G* ω
* VI 94	moribus *D* P	mobilis *G* E f g_3

59) cf. supra p. 14. 60) Desunt in P. IV 48—103. V 97—VI 49. 61) Cf. Cic. de off. II 20 verbis auget suum munus. 62) p. 16. 63) defensa *Parrhasius.* 64) cf. p. 19 sq.

* VI 109	Aesonide *D σ soli*	Aesonides *G ω*
VI 115	Bacchi coniux *D ἡ τοῦ βάκχου σύνευνος* etc. est omisso	B. es coniux *G*
* [65]) VI 118	tu tales *D* g_3	q̄d tales *G α* g_1
* [66]) VI 140	quaelibet iratis *D*	quodlibet ad facinus *G*
* [67]) VI 147	fortasse *D solus*	sospesque *G ω*
* VI 153	succuba *D*	subunba *G* P
VI 154	sentiat (*αἰσθοίη*) *D* P	nuntiat *G*
* VI 156	aque vel atque *D* E	sit illa *G*
VII 10	ferent (*οἴσουσι*) *D* P	ferunt *G* t γ_1 e
* VII 15	quaesita—quaerenda *D solus*	quaerenda — quaesita *G*
VII 18	tenenda *D ω*	terenda *G Merkel*
* VII 19	restat *D* t g_1 g_3	et exstat *G* E f *α*
VII 35	ista *D* P *α* e γ_1 t v_1 v_3 g_3	ipsa *G* d (*ω*)
* [68]) VII 68	Phrygia *D*	Tyria *G*
* VII 75	parcas *D*	curae *G*
* VII 159	matrem *D* nonnulli Heins.?	patrem *G* P E *ω*
[69]) VII 181	dum temperet usum *D*	forte tepescat *G*
* VII 189	fato *D* e f^2	facto *G* P f t γ_1
[70]) VIII 41	egerat *D* P *α* f *σ* γ_2 (*εἰργάσατο*)	gesserat *G* g_1 γ_1 d e b
[71]) VIII 61	*omisit D*	has solas habeo semper solasque profundo *G*
VIII 65	hoc generis fatum *D* P^2 (*ω*)	num g. fato *G* P (?) f *α* e
* VIII 104	munus et hoc — dedit *D*	hoc munus tulit *G*
IX 19	quid nisi *D* P	quid tibi *G α*
* IX 49	Augen *D*	anguem *G* P
* IX 60	collis *D solus*	toris *G* P *ω*
IX 64	alba *D*	alta *G solus*
* IX 72	pudeat *D*	pigeat *G* P
* IX 81	*cf. p. 24*	
[72]) IX 96	dives ab ipsa *D* P f *α* e γ_1 d g_3	dicior ipsa *G* t *σ* γ_2 ipse f
* [73]) IX 97	dextrum — laevum *D* e	laevum — laevum *G* P

65) Cf. p. 32. 66) p. 32. 67) p. 22sq. 68) Cf. p. 32.

69) Cf. Sedlm. ad loc. tempore et usu *Salmasius*.

70) Dardanius — egerat — Pyrrhus agit (*ὁ Δαρδάνιος εἰργάσατο, καὶ ὁ Πύρρος ἐργάζεται*).

71) Cf. Sedlm. Prol. p. 81.

72) et damnis dives ab ipsa suis = *κἀκ τῆς οἰκείας αὐτὴ πλουτοῦσα ζημίας*.

73) Cf. p. 24.

* IX 129	ut *D* v_3 *soli*	sub *G* P
IX 143	scribenti *D* P (γραφούσῃ)	scribendo *G* f *a*
* IX 147	Oeta *D*	Ethna *G* P oeta monte hēnab
IX 147	lacerabitur *D* (διασπαραχθήσεται)	iactabitur *G* *solus*
* IX 153	Agrios *D*	acrior *G*
[74]) IX 160	thalamis *D* d g_1 b *σ*	titulis *G* P^2 t^2 $γ_2$
X 10	prensuras *D* *a* d $γ_1$ v_1 v_3 $γ_2$ (ληψομένας)	pressuras *G* f t e g_1 *σ* g_3 pressurans P
* X 21	clamanti *D* P^2 f^2 b^2	clamavi *G* P V *ω*
* X 31	aut etiam *D*	aut tamquam *G*
* X 46	desierant *D*	desierat *G* *ω*
* [75]) X 86	an et haec *D*	an haec *G* *ω*
* X 106	stravit *D*	texit *G*
X 118	causis *D* P V G^2 (ὑποθέσεσι)	factis *G* V^2
* X 126	honore *D*	ore *G*
* X 127	narraris *D* P	narrabis *G*
* X 139	horret *D*	horrent *G*
* XI 127	vulnera *D* P g_3	funere *G* f *a* g_1 $γ_2^2$
XII 17	ignes (φλόγας) *D* P	hostes
XII 74	o¦rsus es .... loqui D (ἀνίστασαι λέγειν)	ausus G f^2
[76]) XII 91	quota pars haec sunt *D* P (?)	pars pos///ſ (pet ſ in ras) *G* (?) *a* d g_1 g_3 pars possint V
* XII 145	frequenter *D* P *soli*	frequentant *G*
* XII 201	numeravimus *D* P	numeramus *G*
XII 205	dos mea *D* P	dos tibi *G*
XIII 14	illud (ἐκεῖνο) *D*	istud *G*
* XIII 37	lanas *D* $γ_2$ *soli*	vestes *G* P V *ω*
XIII 40	pectar *D* G^2 *ω*	vestes *G*
* XIII 73	*cf. p. 26*	
XIII 118	capies (λήψῃ) *D* e	rapies *G* P f d t $γ_1$
* XIII 145	exuet haec *D* P g_1	exuet et *G* V *σ* (*ω*)
* XIII 157	nostrum *D* $γ_1$	reditus *G* P f
[77]) XIII 165	tibi mei *D* — tibi — tui	mihi tui *G* $γ_2$ g_3
* XIV 47	*cf. p. 26*	

[74]) Cf. Prol. p. 57. [75]) Cf. p. 14.

[76]) Cf. Sedlm. ad loc. Graece: *ταῦτα καὶ ὅσα τοῦδε τοῦ μέρους ἐστί.*

[77]) sit tibi cura mei sit tibi cura tui = *ἔστω σοι φροντὶς καὶ ἐμοῦ, ἔστω σοι φροντὶς καὶ σαυτοῦ.* Cf. Sedlm. ad loc.

*78)	XIV 61—64 — *D* P^2 (P erasa)	61. 114 post 112 sq. repetitum *G omisit V*
*	XIV 61 at (ἀλλὰ) *D Riese*	non *G*
	XIV 82 facti *D* P (ω)	fusi *G*
	XIV 96 levas *D* P	levat *G*
	XIV 117 mihi *D* P	tibi *G*
*	XIV 123 Lynceu *D solus*	Line e *G* P ω
	XIV 131 lassa (καμοῦσα) *D* P V	pressa *G* f e cassa b
*	XVI 122 Phereclea *D*	feraclea *G* P
79)	XVI 146 est *om. D*	fuit *G* P^2
	XVI 153 quod rapuit, laudo *D* (ὅτι ἥρπασεν ἐπαινῶ)	quod laudo, rapuit *G*
	XVI 177 ora *D* P g_3	hora *G* d g_1 regna *Bentley*
*	XVI 205 forma — annis *D* P d e	forma — armis *G* f γ_1 g_1 g_3 γ_2
*80)	XVI 223 quidni tamen *D* V *soli*	quidnĕ tamen *G* (?)
	XVI 239 vulnera (τραύματα) *D* P	murmura *G*
*	XVI 260 sum *D* v_1 e d γ_1 γ_2 σ v_3 g_3	cum *G* P V
	XVI 269 audacia P f α d t g_1 γ_1 (τόλμα)	victoria *G* e g_3 γ_2 b
81)	XVI 303 Ille et . . . . Idaei mando tibi dixit iturus *D*	Esset ut *G*
	XVI 316 mandatis *D* t g_1 e d σ g_3 γ_2	mandantis *G* P
	XVI 322 sacra iura *D* P	tua missa *G* tua iura — t g_1 g_3 b
	XVI 338 tota (πᾶσα) *D* P e t σ	magna *G* b g_1
	XVI 352 quaque *D* P	quodque *G*
	XVI 363 non me nisi *D* P ω	Paride *G* t
	XVI 368 erit *D* P	habet *G* f
	XVI 374 praemia — movent *D* P (κινεῖ)	manent *G*
	XVII 19 lusi (ἔπαισα) *D* γ_1 g_1 α γ_3 g_3 lusi vixi P	vixi *G* f d t e σ
	XVII 31 quae tua *D* P	quae tibi *G*
	XVII 61 suspicio (ὑποπτεύω) *D* P (ω)	suscipio *G*

---

78) Cf. Sedlm. ad loc. 79) Cf. p. 19 adn. 30. 80) Cf. p. 34.

81) Esset et (PV) »Idaei mando tibi«, dixit iturus, »curam pro nobis hospitis, uxor, agas«.

Ἐκεῖνος καὶ ἀπαίρων, τοῦ Ἰδαίου σοι ξένου εἶπεν ἐντέλλομαι ἀνθ' ἡμῶν γύναι, ποιοῦ φροντίδα.

Ille abit — g_1 d g_2. Ivit et t e g_2. Cf. Loersium ad loc. et p. 688.

XVII 60	Priamo — Laomedontem *D*	Priamum—Laomedonte *G* P V f.
XVII 73	sperno *D* P	spernam *G*
XVII 113	convellere (ὑπορύττειν) *D*	mihi vellere *G*
* XVII 196	iuncta *D* α^2 γ_2 g_3	iusta *G* P V α lusa *Vss. 127—140. 154—182 oblitterati in G item 207—224*
XVII 245	quia *D* P	quae *G* *Vss. 269 — XVIII 37 fere omnia delecti in G*
XVIII 3	mihi *D* P	tibi *G*
XVIII 5	nam cur (τί γάρ) *D* P	nam cum *G*
XVIII 95	nunc *D* P f σ v_3 g_3	tunc *G* α b (ω)
XVIII 115	cunctatus (ταλαντευθείς) *D* P	contactus *G* d g_3
XVIII 118	dominam (δεσποίνην) *D* P	veniam *G*
XVIII 145	navisve (ἢ νεώς) *D* P f d	navisque *G* g_2 σ γ_2 (ω)
XVIII 178	et res non semper *D* P (καὶ τὸ πρᾶγμα μὲν οὐκ αἰεὶ)	est res n. s. *G* *XIX 27—70 pauca supersunt*
XIX 49	terra *D* P f^2 g_1 d t γ_1 γ_2 b	tela *G* f
XIX 71	nanti (νηχομένῳ) *D* P	nantis *G*
* [82] XIX 151	sternuit *D* P *soli*	stertuit *G* ω
[83] XIX 156	penitus toto *D* P G^2	ptam toto *G*
XIX 195	lucerna *D* P	puella *G*
* XX 39	placitas *D* V g_1	placidas *G* P (ω)
* XX 43	modi *D* (ω)	doli *G* P f t^2
XX 80	ad (πρός) *D* P α t v_1 γ_1 σ	sub *G* d g_3
* XX 84	livida *D* P	aspera *G* V
[84] XX 95	iussit *D*	tu vis *G*
XX 100	aure tuam *D* P (tua)	ore suo *G*
XX 110	monere (παραινεῖν) *D*	movere *G*
* XX 120	pudenda *D*	fruenda *G* *Vss. 159—175 deleti in G*
XX 217	numina *D*	nomina *G* g_3
XX 219	placuit (ἤρκεσε) *D* *Dilthey*	placet *G* ω
[85] XX 226	arguor (ἐλέγχομαι) *D*	auguror *G* V

---

[82]) Cf. p. 9 sq. [83]) o penitus tota corde recepte mihi! ὦ παντάπασιν ὅλῃ μοι τῇ καρδίᾳ εἰσδεδεγμένε.

[84]) Cf. Sedlm. ad loc.

[85]) arguor = ἐλέγχομαι. Cf. Epist. XX 81.
auguror = μαντεύομαι vel οἰωνίζομαι. Cf. Met. III 519. X 27. XIII 650.

En tabula ipsa loquitur! Videmus enim codicem D, etsi plus centum quinquaginta locis a Guelpherbytani discedit scripturis, perpaucis tantum locis exceptis, virtute hunc praestare. Ex qua re nescio an optimo iure colligatur exemplar Planudeum, si non ipso Guelpherbytano antiquius fuisse, certe ad puriorem redire archetypum; quod vel eo evinci videtur quod etiam ubi P deest, aut solus aut nonnullis XIII s. codicibus assentientibus plerumque genuinas exhibet lectiones. Neque tamen desunt scripturae, si editoribus fides habenda est, quas G et D soli praebent, quod saepius haud dubie factum esse videremus, nisi libri XIII s. maximam partem ex Guelpherbytano vel recensito exemplari eius fluxissent omnes.

* I 48 esse solum *D G*	ante solum E (ω)
IV 90 novat *D G*	levat — f t e d γ_1 γ_2 g_1 g_3
* V 99 sapias *D G*	cupias E ω
VI 20 recepta *D G*	futura ω (t d σ) recepta E vel futura
* VII 48 fugias *D G recte?*	careas ω
* IX 38 ora *D G*	ossa P ω
* XII 73 animo *D G recte?*	mecum P ω

5. De codice Gissensi.

Priusquam ad codices XIII s. cum interpretatione Planudea comparandos me convertam, de codice Gissensi (σ) breviter agam, qui quamquam XIV s. scriptus est et foedissimis insignis est corruptelis, tamen, ni omnia fallunt, ad archetypum vetustiorem, quam reliqui omnes libri, referendus videtur esse.[86]) Iam inspiciamus, quaenam ratio inter D et σ intercedat.

I 70 iuncta *D* G ω	vita σ
II 18. 19 desunt *in D* P G ω	*exhibet σ solus*
II 70 mixta *D* P G ω	mineta σ
III 19 nocte *D* P G (ω)	forte σ f
III 145 corpora *D* P G (ω)	pectora σ γ_1 cf. Bentl. Hor. Sat. I 3, 34
IV 12 deos *D* P G (ω)	suos σ̄ t^2
IV 20 caecum *D* P G ω	tecum σ secum t
* IV 54 tota *D* G (ω)	nostra G d γ_2

[86]) Quam rem Sedlmayerus demonstravit in Proleg. p. 51 sqq.

IV 131 sq.	*spurium distichon om.* P G ω	*exhibent* σ t d e γ_2
V 36	Minerva *D* P G ω	numina σ
V 106	credulus *D* G ω (P deest)	flebilis σ
V 151	Pheraeas *D* G ω »	per herbas σ f t g_3
VI 7	signetur *D* G ω »	mittetur σ
* VI 20	recepta *D* G E² »	futura σ E d (ω?)
* VI 9	nuntia *D* (ω) »	de te σ G f g_1
VI 26	fixus *D* G ω »	dixit σ
* VI 40	nostra *D* (ω)	facta σ t g_1 g_3 γ_2
VI 63	cadentibus *D* P G ω (πιπτόντων)	fluentibus σ t²
VI 120	auctor (ὁ πατήρ) *D* P G (ω)	actor σ t
VII 14	summa (συγκεφαλαίωσις) *D* P G	regna σ γ_1 g_3
* VII 23	vota *D* P G	fata σ facta E
* VII 68	Phrygia *D* P f α e γ_2 g_3 v_3	Tyria σ G f² g_1 d
* VII 157	quem superet *D* G ω	quod superest σ P *soli*
VIII 5	renui (ἔνευσα) *D* P² G	feci σ P (?) g_3 v_3 tenui d
IX 55	qui erat in isdem *D* G ω vel errator (?) — P (erratur)	concludit in orbem σ
* IX 97	dextrum — laevum *D* e	laevum — laevum σ P G t g_3
* IX 129	sublimis ut *D* v_3 *soli*	sublime sub σ e v_1
X 26	nunc *D* P G Bentl. Merkel	hic σ hinc G
X 60	facta *D* P G ω	culta σ
X 108	pectore *D* P G ω	cortice σ corpora γ_2
* X 126	honore *D* G²	arce σ P² V e γ_1 γ_2
XI 25	umquam (τί δή ποτ') *D* P G ω	numquam σ
XI 33	reddere causam *D* P G ω (αἰτίαν ἀποδοῦναι)	dicere causam σ
XI 58	mors quoque *D* P G	mors mihi σ
XI 105	Erinyes *D* P G	eumenides σ e d
XII 5	fata *D* P G	fila σ γ_2 e facta d g_1
* XIII 5	multa *D* P G	plura σ V f g_1 e γ_1 γ_2
XIII 22	pontus *D* P G (ω) (πέλαγος)	litus σ t
XIII 66	memori *D* P G ω	semper σ
XIV 16	solet *D* P G ω	dolet σ
* XIV 31	thalamos *D* P G (ω)	iuvenes σ γ_2 g_3
XIV 123	Lynceu *D solus*	cemam σ
* XVI 231	meam *D* V G (ω) σ	mero σ² edd. vett. meo P

*XVI 322	sacra iura *D* P	tua iussa σ G e γ_1 g_3
XVII 18	sedeo *D* P G	videor σ P pro v. l.
*XVII 19	lusi *D* g_1 α γ_1 γ_2 g_3	vixi σ G f t
XVII 62	nomine *D* P G b pro v. l.	sanguine σ e g_1 γ_2 (ω?)
*XVII 179	voluntas *D* t f^2 *soli*	voluptas σ P G (ω)
[XVII 212 sq.	— *D* P G ω	214 sq. 212 sq. σ
XVII 263	ista *D* P	plura σ G g_1 pauca f
[87] XVIII 1 sq.	*omittunt* *D* P G (ω)	*exhibet* σ *post* 2 *sq.*
XIX 53	interdum *D* V (ω)	incertis P^2 incertū P (?) incertas *Sedlm.*
XIX 107	signa (τεχμήρια) *D* P V G ω	culpa σ
XIX 161	medias *D* P G ω	tumidas σ
XIX 210	missa *D* P	nostra σ t
XX 67	cogare *D* P	negare σ
XX 110	falsa — mea *D* P G ω	fassa dea σ
XX 213	sancta *D* G ω	causa σ

Ex quibus discrepantiis apparet exemplar Planudeum non solum ex Gissensi non pendere, sed etiam multo purius fuisse hoc codice. Quod si recte statuitur, atque verissimum esse mihi quidem videtur, quaeritur, quomodo affinitatem quandam, quae ex his lectionibus elucet, ortam esse putemus.

* IV 39 sq.	post 41 sq.	habent *D* σ
* IV 45	servare *D* *E* σ *soli*	versare ω
* VI 109	Aesonide *D* σ	Aesonides ω
* IX 72	pudeat *D* σ	pigeat ω
* XX 39	placitas *D* σ (*etiam* *V*) (εὐδοκουμένας)	placidas ω

Ad quam rem disceptandam multum valet ea scriptura quam legimus Epist. IV 45. In omnibus enim codicibus praeter E et σ exarata est unice genuina lectio, quae est versare. »Saepe iuvat versare leves in pulvere currus«. Servare autem E et σ adhuc soli praebuerunt, quibus nunc accedit codex Planudeus. Mira profectō est haec consensio. Facilius haud dubie rem expediremus, si illi codices (E, σ, D) arta affinitate inter se coniuncti essent; quod tantum abest ut verum sit, ut fere contrarium obtineat. Quod cum ita

[87] Cf. Vahlen l. c. p. 20 sqq.

sit necesse est statuamus scripturam trium illorum codicum, quamvis sit corrupta, ad unum eundemque archetypum redire, quem communem fontem necessario vetustiorem fuisse undecimo saeculo, quo scriptus est Etonensis, nemo non videt. Nam in eam nemo, ut opinor, delabetur sententiam, ut contendat tres librarios, qui nihil inter se haberent commune, mero casu in eandem infelicem coniecturam vel errorem incidisse! Itaque omnes lectiones, quibus conspirant D et σ, ad communem archetypum redire putandae sunt.

Venio ad codices s. XIII. Quo tempore cum interpres ipse viveret, profecto nos non miros haberet, si in numero illorum librorum mss. ipsum illius exemplar reperiretur. Nam per se non esset improbabile Planudem unum vel alterum librum ms. Heroidum, qui hodie Italicis, Germanicis, Gallicis, Anglicis bibliothecis continentur, ante oculos habuisse. Quae quidem res, quomodo se habeat, ea quae sequuntur docebunt.

Facile autem quispiam, qui quae ratio inter codices G et D intercedat, accurate respicit, in eam potest duci sententiam, ut dicat paene supervacaneum esse comparationem codicum s. XIII instituere, cum non sit verisimile eos cum exemplari Planudeo arta affinitate coniunctos esse, quoniam Guelpherbytanum praecipuum illorum fontem nullam cum D codice prae se ferre similitudinem vidimus. Verum hoc est profecto. Attamen scripturas codicum s. XIII cum Graeca interpretatione comparare oportebit. Habent enim illi libri non paucas lectiones, quae, cum interpolationes non redolent, tum ex fonte Guelpherbytano et Parisino codicibus prorsus dissimili manasse putandae sint. Quid, quod codex Planudeus uni vel alteri exemplari, ad quod illae lectiones referendae sunt, fuit simillimus? Quod cum per se omnino non est improbabile, tum pro certo affirmare liceret, si in codice Planudis plerumque eaedem lectiones, quae unius vel alterius libri ceteroquin prorsus aliam conditionem prae se ferentis propriae sunt, legerentur. Videamus igitur, num quid certi ex comparatione instituta de hac re colligi possit.

6. De codice Francofurtano (f).

Inter codices autem s. XIII facile princeps est Francofurtanus, quia non solum saepe una cum Parisino contra reliquos libros aut solus genuinam praebet lectionem, sed etiam quod a corruptelis

Guelpherbytani vel recensito exemplari eius inter omnes maxime liber est.[88])

* I 17	Menoetiaden *D*	Menaciaden *f*
* I 31	atque *D*	iamque *f* G
* I 92	Antinoique *D* G	Antonoique *f*
* I 95	actor *D* G	auctor *f* α t σ
II 31	nunc *D* P G	sunt *f* γ_1 v_1 g_3
* II 35	et undis *D* P	iniquis *f*
* III 19	nocte *D* P G	forte *f* σ
* III 30	blanda *D*	blandae *f* *solus*
* III 65	Phthiis *D*	phiciis *f*
IV 27	famae (φήμης) *D* P G	formae *f* e vitae γ_2
* IV 90	novat *D*	levat *f*
* IV 107	Pittheia *D* P G	Phiteia *f*
[89]) IV 127	immeriti *D*	sic meriti *f* si P et G ω
* V 22 sq.	*D*	*post v. 25. — f*
V 42	accipit *D* P G	adspicit *f*
V 82	dicar *D* P G	quaero *f*
* V 151	Pheraeas *D* G	per herbas *f* t σ
* VI 9	nuntia *D* e f^2	de te *f* G σ γ_2
VI 15	haec *D* G (ω)	non *f*
* VI 94	mòribus *D* P	mobilis *f* E G g_3
* VI 137	referam *D* G P^2 (?)	referat *f* P *soli* refert cf. Sedlm.
* VII 19	restat *D*	exstat *f*
VII 28 sq.	*desunt in* P G g_1 γ_1 d g_3 γ_2	*exhibet f*
* VII 45	censeris *D* P G	dimittis *f* E
* VII 68	Phrygia *D*	Tyria *f* G d σ γ_2
VII 86	illa *D* G	iure *f* ure P recte?
* VII 87	te tua numina *D* P^2 G	munera *f* E P (me mea) me tua *f*
* VII 189	fato *D* e f^2	facto *f* P G t g_1
* VIII 5	renui *D*	feci *f*
* VIII 65	hoc generis fatum *D* P f^2	num g fato *f* G α e
* VIII 77	flebatque *D*	Phoebique *f* P *soli*
VIII 100	quae *D*	quia *f*
IX 9	ille (ἐκεῖνος) *D*	ipse *f* t

[88]) Cf. Sedlm. Proleg. p. 49 sqq. p. 59.

[89]) Prima syllaba iam in archetypo erasa. Hinc variae lectiones.

* IX 38 ora *D*	ossa *f*
* IX 120 en (ἰδού) *D recte?*	sed *f*
* IX 126 tegendŏ *D* G	tegente *f* P
* IX 129 sublimis ut *D*	sublime sub *f*
IX 140 tempora *D*	corpora *f* cornua e
* IX 147 Oeta *D*	Ethna *f* P *ω*
* IX 153 Agrios *D* solus	acrios *f* P *soli*
IX 160 insidiata *D* (ἐπιβεβουλευκέναι)	invidiosa *f σ* e
* X 21 clamanti *D* f^2 P^2 b^2	clamavi *f*
* X 127 narraris *D* P	notaris *f* narrabis V G *ω*
XI 6 soluta *D*	notata *f* γ_1 e
XI 44 excuteretur *D* (ἐκτιναχθείη)	exueretur *f*
* XI 48 denaque *D*	nonaque *f* P *soli*
XI 65 tamen (μέντοι) *D* P G *ω*	vix *f*
* XI 127 vulnera *D*	funere *f*
* XII 67 alter petit alter habebit *D* P	altera petit et altera habebat *f*
XII 151 videndi *D* P G (*ω*)	iuvandi *f*
XII 203 villo — albo *D α* d (λευκοῖς — ἐρίοις) alto — P	fulvo — auro *f* G t
* XII 207 potentem *D* G *ω* V P^2	potentes *f* potentis P
* XII 209 actutum *D* P G *ω*	perdam *f*
* XIII 118 capies *D*	rapies *f*
* XIII 133 quid ego revoco *D* P	sic iam lis omnis *f*
* XIII 157 nostrum *D*	reditus *f*
XIV 18 tremor (τρόμος) *D* P G	timor *f*
XIV 24 ipse (αὐτός) *D* P G	ille *f* V *α*
XIV 57 iacet *D* P G	licet *f* d *σ*
* XIV 62 sqq. *D* P^2 G (*ω*)	62. 113. 114. 63 *infra non repetiti*
* XIV 61 at *D Riese*	haud *f*
* XIV 123 Lynceu *D*	line est *f* G *ω*
XIV 110 anni *D*	animi *f* t
* XIV 131 lassa *D* P V	pressa *f* G e
* XVI 223 quidni tamen *D* V *soli*	quid nunc tamen
* XVI 243 aliquem *D* P G d *α* γ_1 g_3	iuvenum *f* P^2 V t g_1 *σ*
* XVI 322 sacra iura *D* P	sacra tua *f*

De lectionibus codicis f ad Epist. IX 80 sq. et XVI 266 sq. tacent editores.

XVI 348	manu *D* P ω	nostra *f*
*XVI 368	erit *D*	habet *f*
*XVII 19	lusi *D*	vixi *f* P ω
XVII 53	et *D* P G ω	quid *f* t
*XVII 60	Priamo Laomedontem *D*	Priamum Laomedonte *f* P V G
*XVII 179	voluntas *D* f^2 t *soli*	voluptas *f*
*XVII 194	fugit *D* G	fuit *f* P g_1
XVII 215	fore *D* P G ω	tibi *f*
XVII 234	Chalciope *D* P	Calliope f^2 *a* t γ_2 callidiope *f*
XVII 261	pudore *D* G pudorem P	dolore *f*
XVIII 86	lumen *D* P	numen *f* t γ_1 γ_2
XVIII 171	es, et omisit D	namque minus raro P
XVIII 171	raro (σπανίως) *D* P G (ω)	exigue *f* t g_3 exugue P
XVIII 190	mittet (πέμψει) *D* G (ω)	mittit *f* P σ
XIX 82	placidas aquas *D* P G (ω) (γαληνὸν ὕδωρ)	placitas *f*
XIX 107	nec quia *D* P G (ω)	ne nos quoque *f*
XIX 187	horter *D* G ω	metuor *f*
*XX 39	placitas *D* V	placidas *f* P G
*XX 43	modi *D*	doli *f*
*XX 80	crura *D*	iura *f*

Itaque non temere agere mihi videor, si affirmo exemplar illud deperditum, licet compluribus locis inferius evadat, etiam codici f bonitate praestitisse. Quod non parvi aestimandum est, quoniam Francofurtanum inter omnes reliquos eiusdem saeculi libros principem locum obtinere scimus.

Consentiunt autem D et f his locis singularibus:

[90]) IV 67	Eleusin *D f* (Ἐλευσῖνα)	Eleusis G ω
VII 106	admissi *D f*	amissi P amisso G

---

[90]) Ipsa forma, quae est Ἐλευσῖνα, ostendit Planudem non Eleusis sed Eleusin legisse quod lepido tantum errore pro accusativo habuit. Solo altero loco, ubi hoc nomen proprium occurrit: Met. VII 439, exhibet Eleusis, quod deteriores libri praebent. Sed codicem Latinum Metamorphoseon, quo usus est interpres, multo inferiorem fuisse exemplari Heroidum, facile demonstrari potest.

7. De codice Argentoratensi (*α*).

Codicis Argentoratensis notitiam Vito Loersio debemus, qui primus eum satis diligenter excussit, ita tamen ut versus insiticios transpositos omissos prorsus neglegeret. Cum primum verba Loersii[91]) de hoc libro a se reperto legi, magna spes ipsius exemplaris Planudei inveniendi mihi excitata est. Dicit enim vir doctus illum codicem, ut ex schedulis, quae ei praefixae sint, appareat, ante aliquot saecula Constantinopoli in Germaniam translatum esse, qua de causa verisimile esse (sine dubio, ait Loersius) illum e liquido et vere antiquo fonte fluxisse. Exaratum autem esse decimo tertio saeculo. Quid? Potuitne Planudes, qui in illa urbe totam fere vitam degit, illum codicem sub oculis habuisse? At prorsus aliter atque expectabam evenit, ut ex comparatione diligenter instituta apparet. Codex enim D ex Argentoratensi etsi nonnullis scripturis singularibus consentit, non solum non pendere certo affirmari potest, sed etiam ad fontem multo sinceriorem redire putandus est.

*I 17	Menoetiaden *D*	Meneciaden *α*
*I 28	fata *D* G t^2 f^2	facta *α*
I 63	Neleia *D* G (*ω*)	Neleida *α*
I 87	tulit (ἤνεγκε) *D* G *ω*	tenet *α*
*I 92	Antinoi *D* G	Antonii *α* Antonoi f
*I 95	actor *D* G	auctor *α* t *σ*
[92]) II 1	Rhodopeia *D* G (*ω*)	Rhodopegia *α*
*II 35	ventis et undis *D* P	ventis et auris *α* G d γ_1 t^2
II 52	iubentur *D* P G	videntur *α* t γ_2
II 57	cumulasse *D* P G *ω* (προς-επιθεῖναι)	maculasse *α*
*II 69	Sciron *D*	Chyron *α*
II 108	Threicios *D* P G *ω*	Trahitios *α*
*II 122	quaque *D*	quaeque *α* P G f

---

[91]) p. 633.

[92]) Cf. Epist. XVI 267 Achilogia pro Acheloia (P), IV 47 Elelegides pro Eleleides (P), III 138 urge pro ure, IV 107 Phitegia pro Pittheia (P), IX 25 Sthenelegius pro Stheneleius. Quibus exemplis ex *α* et Puteano depromptis, evincitur hanc scribendi rationem iam archetypi propriam fuisse, cuius vestigia praeter P, unus Argentoratensis, ceteroquin in nominibus propriis corruptissimus, servavit.

III 6	querar *D* P *ω* queror E (*μέμφομαι*)	loquar *α*
* III 34	sex *D*	septem *α*
III 40	illa (*ἐκείνη*) *D* P G (*ω*)	ipse *α*
III 138	ure (*πίμπρα*) *D* P G *ω*	urge *α*
* IV 12	deos *D* G	suos *α σ* t²
[93]) IV 20	pectora vulnus *D* P G *ω*	vulnera pectus *α*
IV 47	Eleides *D* G (*ω*)	Neleides *α* Eleleides
* IV 90	novat (*ἀνανεοῖ*) *D*	levat *α*
IV 105	Isthmon *D*	Hismon *α* t
[94]) V 28	carmen *D* G schol t	nomen *α* t
* V 99	sapias *D* G	cupias *α* E *ω*
VI 17	lenti-mariti *D* G *ω* (*βραδύνοντος ἀνδρός*)	lenta-mariti *α*
* [95]) VI 29	timidum quod ait *D*	timidumque mihi *α*
VI 50	senis *D* P G *ω*	senioris *α*
VI 83	carmine movit *D* E² G t d γ_1 (*ω*)	carmina novit *α* E
VI 93	mage *D* P G *ω*	male *α solus*
VI 96	frui (*ἀπολαῦσαι*) *D* P G *ω*	premi *α*
* VI 101	Peliae *D* P G *ω*	pro te *α* G de te E
VI 132	Hypsipyles *D* P G	Hisiphile *α* E sic constanter
VI 154	ipsa (*αὐτή*) *D* P G *ω*	illa *α*
* VII 19	restat *D*	exstat *α*
[96])VII(25 sq.)	*desunt in D* P G d γ_1 g_1 g_3 γ_2	*exhibent α* f t e g_1 in marg.
VII 59	quia (*ὁ γάρ*) *D* P G *ω*	quo *α*
[97]) VII 65	rapido (*ὀξύς*) *D* P G *ω*	trepido *α* g_1
* VII 75	parcas *D*	curas *α* P G
* VII 105	debita *D* E G f *Riese Merkel. recte?* (*ὀφειλομένη*)	dedita *α* P f² γ_1 g_3
VIII 94	grata *D* P G	magna *α* parva b (grata (2))
* VIII 104	munus et hoc *D*	et minus *α* P cf. Sedlm. ad loc.
* IX 19	quid nisi *D* P	quid tibi *α* G g_3
IX 25	Stheneleius *D* P G *ω*	Sthenelegius *α*
IX 115	atra *D* P G *ω*	tincta *α*
* IX 129	sublimis ut *D*	sublime sub *α*
* IX 143	scribenti *D*	scribendo *α* G f

[93]) »et caecum pectora vulnus habent« — *καὶ ἀφανὲς τὰ στέρνα τραῦμα φέρει.*

[94]) Cf. supra p. 19. [95]) Cf. Sedlm. ad loc. [96]) Cf. Sedl. ad loc.

[97]) Cf. Epist. XVIII 37 rapidis ventis = *ὀξέσι ἀνέμοις*, et saepe. trepidus constanter vertitur *τρομερός*.

* IX 147	Oeta *D*	Ethna *a* sic constanter
* IX 153	Agrios *D* v_3	acrior *a*
* [98]) IX 160	thalamis *D* d γ_1 b	toris *a*
X 53	pro te *D* P G	parte *a*
X 67	digesta (*διωρισμένη*) *D* P G	disiecta *a* g_3
[99]) X 75	vivis *D* P G f t	vivet *a* vivit
XI 83	pudibunda profudi *D*	profundere quivi *a* *solus*
XI 91	cum (*ἡνίκα*) *D* P (*ω*)	tum *a* G^2
XI 98	iste *D* P G (*ω*) cf. p. 16	ille *a* e γ_2 ipse g_1 d
* XI 105	Erinyes *D* P	herinnides *a*
* XI 127	vulnera *D* P g_3	funere *a* G f g_1 γ_2^2
* XII 73	noscis *D*	nescio *a* P^2
XII 83	meorum *D*	priorum *a* cf. IV 161
*[100])XII 103	insoper vel pervigil ecce draco *D* P^2	serpens ecce vigil *a*
XIII 112	adfuso-mero *D* P G (*ἐπιχεομένου οἴνου*)	effuso *a*
* XIII 133	ego revoco *D* P	ago revocans *a*
XIII 144	respiciet (*ὄψεται αὖθις*) *D* P V G *ω*	prospiciet *a*
* XIII 145	exuet haec *D*	exuet et *a*
* XIII 146	corpora (*σώματα*) *D* P V G	pectora *a* f γ_1 *σ*
XIV 109	cana *D* P G *ω*	longa *a*
XIV 122	manente *D* P G	cadente *a* vivente a^2
* XVI 223	quidni tamen *D* V *soli*	quid nunc *a* f *σ*
XVI 237	qua licet (*ὁπόσον ἔξεστι*) *D* P G *ω*	qua libet *a*
XVI 265	Schoeneida *D* P G (*ω*)	Ceneida *a*
* XVI 338	tota *D* P G (*ω*)	magna *a*
* XVI 347	Pagasaeus *D* P	Pegasaeus *a* G t
XVI 369	te mea *D* P G *ω*	me tua *a*
XVII 120	tertia *D* P G *ω*	altera *a* *solus*
* XVII 179	voluntas *D*	voluptas *a*
* XVII 205	relinques *D* *solus. Sedlm.*	relinquens *a*
XVII 211	tota *D* P G *ω*	tanta *a*
XVII 212	aliae *D* P G (*ω*)	Asiae *a* f b *σ*
* XVII 234	Chalciope *D*	Calliope *a*

[98]) toris e t g_3 cf. Sedlm. Proleg. 57.

[99]) Cf. Vahlen l. c. p. 40.

[100]) Cf. supra p. 27.

XVIII 152	claramque coronam *D* P G (*καὶ τὸν περιφανῆ στέφανον*)	claramve c. *α*
XIX 22	verbis *D* P V G *ω*	ventis *α*
XIX 39	quaeris *D* P V G *ω*	noctis *α*
XIX 74	rapta *D* (*ἥρπασας*)	capta *α* t^2 g_1 g_3
*XIX 100	Sesta *D*	Cressa *α*
XIX 113	facta *D* P G schol. t	falsa *α* t
XIX 138	composuisse *D* P G d t (*συνάψαι*)	supposuisse *α* f
XIX 171	tam *D* G f d (*ω*)	clam *α* P v_3 γ_2
*XX 15	tamen *D*	tum *α*
XX 27	usu *D* P	astu *α* V arte [o Sedlm.]
*XX 39	placitas *D*	placidas *α*
XX 62	reor (*οἶμαι*) *D* G d γ_1	rear *α* P f t *σ* g_3 v_3
XX 69	patiar (*ὑποσταίην*) *D* G	patior *α* g_1 d V g_3 (*ω*?)
XX 71	Hesionen *D* G *ω*	hynionen *α*
XX 77	tuos *D*	meos *α* γ_1 g_1 g_3
XX 93	nunc *D*	cur *α* g_1
XX 103	nam scimus *D*	scit saevus *α* cf. Sedlm.
XX 122	rubor (*ἐρύθημα*) *D* G	color *α* g_1 pudor g_3
XX 138	adest *D* P (*ω*?)	obest *α* G f
XX 184	et sine teste *D* (*καὶ μαρτύρων χωρίς*	non sine teste *Desinit in v. 239 — α*

8. De codicibus t e d b γ_1 g_1.

Iam de reliquis saec. XIII libris quaestionem absolvamus, inter quos Treviranum Erfurtensem Dresdensem Gothanum I Bernensem 478 [101]) tantam prae se ferre constat affinitatem, ut ad simillimum fontem eos redire probabile sit. Sed hi codices omnes nullo necessitudinis nexu cum exemplari Planudeo cohaerent. Non est igitur, cur in scripturis afferendis diutius versemur, praesertim cum iam in tabulis, quae praecedunt, satis multae horum librorum lectiones a me citatae sint. Atque etiam Guelpherbytanus II (g_1), ut nihil habet singulare, quod dignum sit, quod commemoretur, ita innumeris locis contra genuinas codicis D scripturas exhibet corruptelas.

101) Cf. Diligentissimam descriptionem a Wartenbergio confectam in Wochenschr. für class. Philol. 41. 44. 47 (1887), qui etiam de indole atque auctoritate huius codicis (No. 47 p. 1466 sqq.) accurate egit.

I 20 cura *D* G	causa *t* poena *e* γ_1
I 42 Thracia *D* G (ω)	Troica *t e* γ_1
I 42 tangere *D* G (ω)	frangere *t e* γ_1
I 46 dictus *D* G ω	ausus *t*
I 74 morae *D* G ω	vitae *t*
II 10 noces *D* G ω	nocens *t* E (?) cf. Sedlm.
II 24 motus *D* P G	victus γ_1 captus [o Sedl.]
* II 31 nunc *D*	sunt γ_1 v_1 f g_3
II 58 conseruisse *D* P G (ω)	continuasse *e* γ_2
II 71 mixta *D* P G	mystica *t*
III 34 vincere *D* P G ω	currere *t*
III 58 vela *D* P G E (ω) recte?	plena *ed* γ_1 cf. Sedlm. ad loc.
III 121 pro tutis *D* P G ω	meritis *e*
III 149 munera *D* P G ω	numina *t* γ_1
IV 13 dixit *D* P G ω	iussit *e*
IV 39 arcu *D* P G	cornu *t* σ g_3
* IV 54 tota *D*	nostra *d* G σ γ_2
* IV 90 novat *D*	levat *t e d* γ_1 f γ_2 g_3
IV 131 sq. *desunt in D* P G	*exhibent t e d* σ γ_2 cf. Sedlm. ad loc.
IV 150 ubi *D* P G	mihi *t e*
V 41 parata *D* G ω	peracta *e d* γ_1 γ_2
V 60 blanda *D* G ω	digna *t*
* V 95 suadeat *D*	censeat *t e d* γ_1
* V 99 sapias *D*	cupias *t e d* γ_1
V 118 iuvenca *D* G ω	puella *e*
VI 42 dignior ire *D* P G ω	digna subire *t* γ_2 *soli*
VI 73 vota *D*	verba *e*
VI 100 favet *D* G g_1 γ_1 g_3 (ω)	volet *d* G^2 facit γ_1^2 cf. Sedlm. ad loc.
* VI 110 polliciti *D* P	sollicito *e*
VI 111 vir *D* P G	cur *t e d* γ_1 g_3 γ_2 (ω)
VI 139 sq. *recto ordine D*	141. 139. 140 *t*
* VI 161 expers *D*	mentis *e* γ_1
* VII 13 nova *D* P G ω	mea *t e* f
* VII 27 munera *D* P G ω	numina *t* σ γ_2
VII 100 pudoris *D* P G ω	timoris *t*
VII 121 fixi *D* (*καθίδρυσα*) P G	feci *t* finxi γ_1 *a* γ_2 g_3
VII 196 tumuli *D* P G ω	tituli *e*
*[102] VIII 1 sq. *desunt in D* P G ω	*exhibent* γ_1 [π β ε_1]

[102] Cf. Vahlen l. c.

VIII 23	sinuosa (χυρτούμενα) *D* P ω	furiosa *t*
VIII 38	ipse *D* P G ω	ille *t e* γ_1 γ_2
VIII 94	sarcina *D* P G ω	puella *e*
[103] IX 20	cumulas *D* P G (ω)	maculas *d* γ_1 γ_2 g_3
IX 86	incubuit *D* (?) incubat P G (πέπτωχεν)	pulsat *t* incubet γ_2
IX 86	caudis involuisse manum *D*	nuda te violasse manu *b*
* IX 140	tempora *D*	cornua *e*
* IX 160	thalamis *D*	fatis *t e* g_3 *soli*
* X 26	nunc *D* P V	hic *e t* σ γ_2 hinc *Burm.*
X 133	puppe *D* P V G ω	turre *t*
XI 1 sq.	*desunt in* *D* P G (ω)	*exhibent* *e b* v_1 v_3
XI 6	soluta *D* P G ω	notata *e* γ_2 f
XI 11	euris *D* P G ω	undis *t*
XI 40	onus *D* P G ω	manus *d*
XI 72	pater *D* P G ω	suis *t*
XII 147	tegebant *D* P G ω	cogebant *t*
* XII 182	vincet *D* P G	sentient t_2 *e* g_1 σ γ_2
* XII 207	potentem *D* P^2 V G (ω)	nepotem *t* γ_2
XII 214	agit *D* P G (ω)	habet *e d*
XIII 73 sq.	*exhibet* *D*	*desunt in t* P V G g_3 cf. Sedlm. Prol. p. 70 et Loersium
XIII 84	timore *D* P G ω	retenta *e* g_1
* XIII 114	laetitia *D* P G	tristitia *t e b* f γ_2
* XIII 157	numina *D* P G ω	munera *t*
XIV 23	Pelasgi *D* P G V	tyranni *t e d* g_1 σ γ_2 *Heins.*
XIV 31	thalamos *D* P G V	fratres γ_1 *b* iuvenes γ_2 σ
* XIV 34	Argos *D* P	agmen *t* V *b in ras.* castra G^2
XIV 83	pedibus *D* P G ω	manibus *t e* γ_2
* XIV 110	anni *D* P G ω	animi *t* f
XIV 118	meas *D* P G ω	suos *t*
XVI 39–145	*desunt in* P V G ω	*exhibet* *t*
* XVI 166	Corpora — tuo *D*	Sed — fuit *t* cf. Sedlm. ad loc.
XVI 189	vestram	{ terram γ_1 / nostram *d* }
* XVI 223	quidni tamen *D*	si quid tamen *t*
* XVI 269	audacia *D* P f *a* t d g_1 γ_1	victoria *b e* G g_3 γ_2

---

103) Cf. II 57.
104) Cf. Sedlm. ad loc.

* XVI 322	sacra iura *D*	tua iussa γ_1 *e* / tua iura *d t*
XVII 31	contenta fuisset *D* P G ω	contentus abisses *e* fuisses *b*
XVII 64	minora *D* P G ω	maiora γ_1 g_1 *In e inde ab XVII 98 omnia desunt*
XVII 157	re cogente *D* P e σ	longa regione *b* / rate conveniente *t*
XVIII 91 sqq.	*recto ordine D*	93 sq. 91 sq. *t*
XVIII 218	ipse *D* P G ω	usque *t* γ_2
XIX 165	tempora *D* P G (ω)	robora *d* g_1 g_3
XIX 181	relinquis *D* P V G (ω)	requiras *t*
XX 1 sq.	*desunt in D*	*exhibent t b*
XX 7	ante subit *D* P G	ora subit *t* f v_1 σ γ_2
XX 118 sq.	*exhibent D* — P V G	*om. t*
XX 199	maiore *D* V A (P G desunt) *recte?*	meliore *t* g_1 *Sedlm.*
XX 210	lapsa *D*	nostra *t* σ

Ex qua comparatione codicis D cum libris saec. XIII iam absoluta, si quaeritur quid effectum sit, sine temeritate, ut opinor, asseverari potest exemplar illud Latinum Planudis non solum ex nullo eius saeculi codice originem traxisse vel omnino pendere, sed etiam puriorem exhibuisse textum, quamvis corruptelis abundet, quibus ne Parisinum quidem liberum esse constat. Illos igitur locos singulares, quibus codicem D cum hoc vel illo saec. XIII libro consentire videmus, ad communem fontem eumque non recentissimum referre non dubito.

Quod si recte statuitur atque verissimum mihi quidem videtur, esse iam actum est de codicibus saec. XIV—XV. Quos qui Heroidibus recensendis operam dederunt, recte indignos esse intellexerunt qui attenderentur, tribus libris exceptis, qui identidem tantam cum Puteano prae se ferunt affinitatem, ut ad vere antiquum et liquidum exemplar, Puteano non prorsus dissimile, redire videantur.

In his igitur lectionibus, quaenam ratio sit codicis Planudei, videamus. Agitur autem de Guelpherbytano (g_3, apud Loersium G IV) de Vindobonensi III (v_3) de Gothano II (γ_2).

Ut a postremo initium sumam, Gothanus II et artissima affinitate cum codicibus t d e coniunctus est, et his locis aut solus aut cum Puteano singulares praebet scripturas.

* IV 31	si tamen γ_2 (*etiam d*)	sic *D* P G ω
* VIII 55	in crimina (εἰς φόγον) *D* ω	crimine P γ_2
* XII 101	miserabile *D* G V ω	mirabile P γ_2 soli cf. p. 26
* XIII 37	lanas *D* γ_2 *soli*	vestes P V G ω
* XIV 5	demittere *D* γ_2 (*etiam* σ)	dimittere P V G ω
* XIV 91	queri *D* V G ω	loqui γ_2 *P* (*etiam* σ) *Sedlm.*
XVIII 135	iter, ante γ_2 *solus*	iterare *D* P G ω
* XIX 100	Sesta *D* V G² ω	Thressa γ_2 *P* (*etiam d*) *soli*

Sed etiam in v_3 et g_3 inter plurimarum interpolationum aliarumque corruptelarum quisquilias latent vestigia archetypi cuiusdam, cod. P. simillimi[105]), neque desunt loci,quibus illi codices soli genuina praebent, exemplari Planudeo nunc accedente.

* II 73	illos *D P*	cui proxime accedit *illis* — g_3 *illo E* alios ω
* IV 27	carpes *D*	carpis *P* g_3 capies *G*
* VI 118	tu tales *D* g_3 *soli*	quod lectioni genuinae proxime accedit, quae est *do-tales Salmasius*
VIII 77	flebat *D* ω	Phoebique *P f* Phoebitique g_3 cf. p. 24
* IX 49	Augen *D* v_3 *soli*	
* IX 81. 83	*om. P* g_3 *cf. p. 25*	
* IX 129	sublimis ut *D* v_3 *soli*	
* IX 153	Agrios *D* v_3 *soli*	
* X 71	victor *D P* v_3 *soli*	victus G ω
X 122	unguet *D P* v_3 *soli*	iunget V G (ω) tanget t
* XI 124	vulnera D P g_3 soli? cf. p. 30	vulnere, funere ω
* XII 112	quodlibet *D* g_3 (*etiam t pro v. l.*)	quodlicet G ω
* XIV 93	unda vel undis *D* G ω *recte?*	umbra *P* g_3 *Sedlm.*
* XVI 269	fortiter isset (ἦλθεν ἄν) *D* G ω	fortiter esset *P* g_3

Habuit autem codex Planudeus etiam permultas lectiones, quae in nullo qui hodie exstat libro leguntur, quas, etsi in tabulis, quae praecedunt, iam allatae sunt, nunc in uno conspectu ponere non inutile fore existimo, ut eo clarius eluceat, quae fuerit condicio illius exemplaris. Deinde ad nomina propria transeo, in quibus exarandis diligentissimum fuisse librarium codicis D videbimus.

105) Cf. Sedlm. Proleg. p. 56 sq.

II 7	bene quae nos *D* P deest.	quae nos, bene nos ω
II 50	nominibus *D Hubertinus*	numinibus ω
V 127	istam (ταύτην) *D solus*	illam ω cf. p. 15
IV 124	augendi (αὐξηθῆναι) *D*	tollendi ω
VI 147	fortasse (ἴσως) *D*	sospesque ω cf. p. 23
VII 15	quaesita — quaerenda *D*	inverso ordine ω
VII 160	Dardaniosque deos (?) *D*	sacra deos ω
[106]) IX 60	collis *D recte?* (τραχήλῳ)	toris ω
[107]) IX 145	quis — urit (τίς ἐξέκαυσε) *D recte?*	quo — egit ω
X 46	desierant *D* (ἐπαύσαντο)	desierat, desieram ω
X 86	quis scit an et haec s. t. i. h. *D*	*cf. infra*
XII 19	»semina iecisset totidem sevisset et hostes« — *D Shukburgh. Sedlm.*	*cf. Sedlm. ad loc.*
XII 172	Nec tener in misero pectore somnus habet — *D Merkel*	*cf. Sedlm. ad loc*
XIII 60	quotacunque *D Heins. Bentl. Sedlm.* (ὁσουδήποτε cf. IV 3. XVII 217) *P²* (?)	quotaquaeque ω
XIII 135	quae sic (αἵτινες οὕτω) *D Salmasius*	qui sic ω
XIV 61	at (ἀλλά) *D Riese*	haud, non, aut ω
XVII 169	forma (κάλλος) *D Bentley recte?*	fama ω
XVII 192	saepe (πολλάκις) *D*	sparsa ω
XVII 205	relinques (καταλείψεις) *D Sedlm.*	relinquis ω
XIX 169	uterque (ἑκάτερος) *D Bentley*	quisque ω cf. p. 18 sq.
XX 163	ille (ἐκεῖνος) *D Dilthey Sedlm.*	hic ω (P erasa)
XX 219	placuit *D Dilthey. recte?* (ἤρκεσε)	placet ω

Hae fere sunt scripturae singulares, quae aliqua cum probabilitate ad ipsum codicem, quem interpres in manibus habebat, referri possunt. Quamquam non mirarer, si codicibus nostris accuratius excussis hanc vel illam lectionem iam in libro servato exstare appareret.

---

106) De singulari numero pro plurali Latino, cf. p. 11 sq. neque est, cur offendatur in repetitione vocis »collis«.

107) Cf. Metam. IV 278 tantus dolor urit amantes. Planudes: *Τοσοῦτον ἄλγος τοὺς ἐρῶντας ἐκκαίει.* Hanc figuram in deliciis habuit Ovidius.

Ex quibus lectionibus non uno tantum numero Ep. X 86 digna esse mihi videtur, quae attendatur, qui locus inde ab Heinsio viros doctos adeo sollicitavit, ut alius alium emendando vel potius divinando vincere studeret. Nam saepe fit in rebus philologis, ut coniecturae, si modo confidenter prolatae sunt, procreent alias, quamquam ipsae coniectandi causae vanae sunt.

Versus autem, de quo agitur, varie ita in libris traditus est:

»Quis scit an et haec tigridas insula habet« — *P*
»Quis scit an haec .... tigrides insula habet — *V*[108])
»Quis scit an haec saevas tigridas (*vel* tigrides) insula habet — *G ω*.

Scripturam, quam legimus in P, metro laborare nemo non videt, tamen codex ille solus exhibet et, quam voculam ad sententiam aptissimam, etsi in reliquis libris deest, omnes fere viri docti, qui ad hunc locum coniecturas protulerunt, retinuerunt. Sed videamus, qua ratione adductus Heinsius illum versum tentaverit. Ex depravata codicis nescio cuius scriptura, quae est: Quis scit an haec saevas insula tigres habet, quamquam Puteani lectio ei innotuit, profectus, primum offendit in eo quod in, ea voce Latina, quae est tigres, posterior syllaba corriperetur Deinde dubitavit, num recte hoc loco dici posset »habet« pro »habeat«. His igitur de causis, ius huius versus emendandi sibi sumpsit atque simul duas excogitavit coniecturas:

»Quis scit an et saeva tigride Dia vacet«
vel:
»Quis scit an et saevis tigrisin illa vacet«.

Sed prima offensionis causa vel eo corruit, quod optimi libri non tigres sed genuinamformam, quae est tigridas, exhibent. Atque quod ad illum indicativum in quaestione indirecta, quae vocatur attinet, certe ab vulgari Latini sermonis consuetudine abhorret, tamen sescenties locis non solum poetarum sed etiam scriptorum satis superque

108) Sedlm. Proleg p. 53 »saevas om. P; V lacunam quidem praebet sed aliud quoddam verbum quod extricari nequit pro saeva (immo saevas!) suppletum.« In editione sic refert scripturam V »an hec etia (?) tigrides.« »saevas« haud dubie mero errore in P omissum est. Qua re id, quod etiam aliunde constat, comprobatur, schedas Vindobonenses ex exemplari Parisino simillimo originem traxisse.

defenditur[109]). Heinsii autem argumenta parum valida multis viris doctis persuaserunt, sed protulit suam quisque coniecturam. Ita:

»Quis scit an et saevam tigrida Naxus habet« — *Gronovius*
»Quis scit an et saevas tigridas illa ferat« — *Lennepius*
»Quis scit an et saevam tigrida Dia ferat« — *Palmer auctorem Elect. Eton. secutus*

et quae sunt similia[110]).

Iam respicias velim scripturam exemplaris Planudei

Τίς οἶδεν εἰ μὴ καὶ χαλεπὰς τίγριδας ἥδε ἡ νῆσος ἔχει

i. e.

»Quis scit an et haec saevas tigridas insula habet.«

Apparet codicem D eandem atque Parisinum habuisse lectionem, nam omissio vocabuli saevas in P nullius est momenti. Supra demonstrare studui non esse, cur in posteriore versus parte offenderemus. Vitium igitur quo laborat versus, nisi in iis verbis, quae sunt et haec, haerere non potest. Quod cum ita sit, necesse est alterutrum deleatur; quaeritur tantum, utrum ad sententiam aptius sit. Equidem non dubito, quin sic scripserit Ovidius:

»Quis scit an et saevas tigridas insula habet«

nam pronomen prorsus supervacaneum est, quoniam iam ex versibus, qui antecedunt, apparet Ariadnem in insula esse; (V. 59 sqq.) immo, si omnino pronomen demonstrativum requireretur, non hoc loco, sed in versu 59 ubi legitur »vacat insula cultu« desiderandum esset. Nam in ea parte, quae huic versui praecedit, ne verbo quidem locum vel situm, in quo Ariadne versari fingitur, tetigit poeta.

Si denique quaeritur, quomodo illam corruptelam ortam esse existimemus, etiam ad hanc quaestionem habemus in promptu responsum. Agnoscimus enim in illa lectione nihil nisi vestigium eiusdem rationis scribendi archetypi, quod in Parisino et Planudeo codicibus solis hodie

---

109) De hac tota quaestione olim acerrime inter viros doctos exagitata, nunc vide Reisig (Haase-Schmalz) Vorlesungen Lat. Synt. vol. II 493 sqq.

110) Erant etiam, qui in elisione in quinta sede versus (insŭlă habet) offenderent. Sine causa, quoniam haec elisio cum metricis rationibus, quas Ovidium secutum esse scimus, non pugnat. Cf. L. Müllerum De re metr. p. 291 qui tamen temerius quam accuratius de hac re egisse videtur. Apud Horatium duo tantum similia in eadem sede versus leguntur exempla elisionis. — Epist. I 10, 33 (praecurrere amicos). Sat. I 2, 48 (aeqora alebant).

servatum est, qua de ratione iam supra diximus (p. 15). Ex duabus scripturis, cum eligenda esset una, librarius Guelpherbytani fortasse primus, ne versus claudicaret, scripsit h a e c, vocula e t omissa, quae lectio postea obtinuit. Codices autem D et P soli corruptam archetypi scripturam servaverunt integram.

De nominibus propriis.

Restat, ut in nominibus propriis, qualis sit codicis D condicio, quam accuratissime ostendam, nam multum haec res ad rectum de auctoritate exemplaris Planudei iudicium faciendum valere censeo.

I 17 Menoetiaden *D*	Meneciades *E G* Menaciadem *f a*
I 42 Thracia *D*	Troica *t e* γ_1 γ_2
I 46 Ismariis *D*	Imariis *t* Hismariis *f*
I 63 Neleia *D*	Neleida *a*
I 87 Zacynthos *D*	Tacinctos *G* Jacynthos *E*
I 92 Antinoi *D*	Alcinoi G^2 *e* Alchinoi *t* Antinoris *E* Antonoi *f σ* Antonii γ_1 *a* Antilochi t^2
II 1 Demophoon *D*	Demorphum *σ*
II 1 Rhodopeia *D*	Rhodopegia *a*
II 6 Sithonis *D*	Sithois *f* t γ_1 g_1 γ_2
II 69 Sciron *D*	Chiron *P E t d e* γ_1 γ_2 g_3 chyron *a* cyron *G* schiron *f*
II 70 Sinis *D*	senis *f t* γ_2 scinis *a* γ_1 cinis *d*
II 108 Threicios *D*	Trahitios *a* cf. IX 89
II 117 Tisiphone *D*	Thesiphone *G f a σ*
III 15 Phthiis *D*	pitheis *a* phiciis *f t σ* ficiis E
III 23 Menoetiades *D*	Menenciades *G* Meneciades *E*
III 27 Amyntore *D*	Anthinthore *G*
III 45 Lyrnesia *D*	Lernesia *G*
III 87 Aeacide *D*	Aeacides *P* Aeatides *G*
111) III 71 *Ἀχαιίσι D solus* (*ἐν ταῖς Ἀ. γυναιξίν*)	Achaiadas *G Riese* Achaeiadas (Acheiadas *P teste Keilio*) *Sedlm.* Inter et Achidas *E* inter et Achaidas *t e d* g_3

111) Quid legerit interpres, diiudicari nequit. Ea forma quae est *Ἀχαιιάς, άδος* perrara est. Cf. Ap. Rh. I 284. Callim. Del. 100. Nonn. 47. 636.

[illegible] Elesdes [illegible]

[illegible] cf. p. 48

[illegible]

Historia [illegible]

[illegible]

IX 25 Stheneleius *D*	Sthenelevius *P* Stheneleus *t* Stellenius *f* Sthenelegius *a*
IX 49 Augen *D* v_2 *soli*	anguen, anguem, angem, agũe *P G ω*
IX 51 Teuthrantia *D solus Merk.*	Teuthantia *P* theuthantia P^2 G^2 *ω* (*G deest*)
IX 55 Maeandros *D t σ*	Menandros *»item plurimi codd. Heinsii et t et σ exceptis mei omnes«* (*Loers*)
IX 130 Oechaliam *D* (*Οἰχαλίαν*)	Oethaliam *P G* g_1 oetholiam *a* occalidan *t* occhalidan g_2
IX 147 Oeta *D solus?*	Ethna *P G f a d e* g_1 γ_1 *σ* γ_1 enthna *t*
IX 153 Agrios *D solus?*	Acrios *P f soli* acrior *G a t e d σ* (*ω*)
	actius γ_2 acior *b*
XI 15 Sithonio *D*	Titonio *P* Simonio *G* Sidonio G^2
XI 105 Erinyes *D P*	erynides (d) P^2 herynies *G* herinnides *a* erinnides γ_1 himenides γ_2 heumenides *t* eumenides *d e σ* eimenides *b*
XII 28 Scythia *D*	Sycia *P*
XII 31 Aeeta *D P*	Oeta *ω* pater Oeta *G*
XII 32. 205 Graia *D*	grata *P V*
XII 129 Haemonios *D*	anonios *P*
XIII 35 Phylaceides *D* P^2 *G* (*ω*) *Merkel Riese* cf. Lennep ad loc. et p. 27 not. 24	Phylleides *Heins. Sedlm.* Phillacidesque *f* γ_1 γ_2 phileide *P* phylacides *t* phylaceidos g_1 philladeaas in textum
XIII 45 Taenariae *D*	tenuissent, si eaedem libris
XIII 135 Troasin *D Salm*...	
XIV 34 Argos *D* ...	
XIV 123 Lyn...	
XVI ...	
X...	
X...	

...e Planudes pinus, figura metonymiae quae dicitur neglecta, cf. Met. II 185. XI 468. XIV 88. XV 742 quae ratio vertendi ...co, quem legimus Met. XIV 535 liquido ... verba, »pinus Idaeo vertice caesas« sic Gr... ἐκ ...ας κορυφῆς τετμημένας« quo loco non ... ...ensu non intellegatur. Quae cum ita sint, ... in quo versamur, interpres pinu leg... Solum Ep. XVIII 158 fortasse de ... propter varias codd. lectiones.

ἡ Θετταλὴ ναῦς — pinus P t d γ_1 ...

IV 47	*Πλήιδες D*	Eleleïdes *Sedlm.* Elelegides (cf. p. 49) *P* Eleydes *G* Eludeis *E* Eleides *t σ* Neleides *a* t_2
IV 67	*Ἐλευσῖνα* = Eleusin *D f soli* Contra ἡ *Δημήτριως Ἐλευσις* i. e. Eleusis pro Eleusin cf. Priscian I p. 544 K.	Eleusis *G ω* cf. p. 48
IV 97	Cinyra (*Κίνυρα*) *D*	Cynera *G* cinara *E t e*
IV 105	Isthmon *D*	hismon *t a* hismodo *d*
IV 107	Pittheia *D*	Pittheia *P* pyteia *G* phiteia *f* phitegia *a* phiteaque *σ* p̄beida *E* phiteida *t*
IV 171	Panes *D* cf. Met. VI 392 *Φαυνοί* = Fauni	Fauni *E t* g_3
V 75	Helene *D*	bene P^1 de t e P^2
V 94	Deiphobo *D*	Dehippobo *P* deipobo P^1 deiphebo P^2 *t a σ*
V 94	Polydamanta *D*	Polymedunta *t*
V 151	Pheraeas *D* σ^2	fereas *G* pharcas g_3 phoebeas γ_2 per herbas *f* t *σ*
VI 47	*Δωδωνίδι — D solus*	Tritonide *G ω* (*P deest*) *cf. infra*
VI 50	Aeetae *D P*	Oete *E G ω*
VI 59	Hypsipyle *D*	Ysiphile *G* Hisiphile *E* cf. VI 132
VI 81	Argolicas *D E G ω*	Argolidas *P E soli*
VI 103	*Φασίας Αἰήτου θυγάτηρ D*	Phasias Aeetine *Heins. recte?* filia phasias ete P^2 *G E a* filia regis oetae *e σ* f. ph.dete g_3 f. phasis oetae *t* g_1 *f d* γ_2 f. phasidis oetae γ_1
VII 4	Maiandri *D*	Menandri *G* cf. IX 55
VII 68	Phrygia *D P f* g_3 v_3 *a* γ_1	Tyria *G* f^2 *d* γ_1 *σ* Troica *E*
VII 167	Phthia *D*	Phithia *P* pytia *G* pythia *f* phicias t *σ* pytira g_1
VIII 1 (3)	*Ἀχιλλείδης D* (G^2 *ω*) i. e. Achilleides vel Achillides	Achileides *G* Achilliades *a* Achilliades *Sedlm.*
VIII 12	Graias *D*	gradus *P solus*
VIII 33	Aeacide *D*	Aecio *P* Aeacio *Riese*
VIII 72. 73	Tyndaris *D* P^2 G *ω*	Tenaris *P*
IX 3	Pelasgiadas(es) *D* P^2	Palasgiadas P^1 Pelasgiacas *Bentl. Ms.*

IX 25 Stheneleius *D*	Sthenelevius *P* Stheneleus *t* Stellenius *f* Sthenelegius *a*
IX 49 Augen *D* v_3 *soli*	anguen, anguem, angem, agũe *P G* ω
IX 51 Teuthrantia *D solus Merk.*	Teuthantia *P* theuthantia P^2 G^3 ω (*G deest*)
IX 55 Maeandros *D t* σ	Menandros *»item plurimi cdd. Heinsii et t et* σ *exceptis mei omnes«* (*Loers*)
IX 130 Oechaliam *D* (*Οἰχαλίαν*)	Oethaliam *P G* g_1 oetholiam *a* occalidan *t* occhalidan g_3
IX 147 Oeta *D solus?*	Ethna *P G f a d e* g_1 γ_1 σ γ_1 enthna *t*
IX 153 Agrios *D solus?*	Acrios *P f soli* acrior *G a t e d* σ (ω)
	actius γ_2 acior *b*
XI 15 Sithonio *D*	Titonio *P* Simonio *G* Sidonio G^2
XI 105 Erinyes *D P*	erynides P^2 herynies *G* herinnides *a* erinnides γ_1 himenides γ_2 heumenides *t* eumenides *d e* σ eimenides *b*
XII 28 Scythia *D*	Sycia *P*
XII 31 Aeeta *D P*	Oeta ω pater Oeta *G*
XII 32. 205 Graia *D*	grata *P V*
XII 129 Haemonios *D*	anonios *P*
XIII 35 Phylaceides *D* P^2 *G* (ω) *Merkel Riese* cf. Lennep ad loc. et p. 27 not. 24	Phylleides *Heins. Sedlm.* Phillacidesque *f* γ_1 γ_2 phileide *P* phylacides *t* phylaceidos g_1 phillados et f^2
XIII 45 Taenariae *D*	tenacriae *t* Tyndaridae g_3 *b*
XIII 135 Troasin *D Salmasius*	Troas *P* Troadas (es) *G V* (ω)
XIV 34 Argos *D P*	agmen *V t b* agros *d* castra G^2
XIV 123 Lynceu *D solus. Heinsius*	line ẽ *V G f t e d a* g_1 γ_1 σ γ_2 g_3 lynce est *b* teneant P^2 remanet, cemam *nonnulli Heins* (?)
XVI 22 Phereclea *D*	feraclea *P G t a* σ feracla g_3
XVI 30 Taenaris *D*	Trenaris *G* Tenacris *e*
XVI 198 Therapnaeo *D*	Theramneo *P* (?) ea theranneo σ γ_2 pheranneo γ_1
XVI 265 Schoeneida *D*	Coeneida *G t b* ceneida *a*
XVI 267 Acheloia *D*	Achilogia *P*

XVI 276	Taenaria *D*	Trenaria *G* Trinacria *e*
XVI 347	Pagasaeus *D*	Pegaseus *G a t cf. XIX 175*
XVII 56	Tyndareique *D*	thindaridique *G* g_1 tindarique *V*
XVII 233	Aeetes *D*	Oetes P^2 *f t a d*
XVII 234	Chalciope *D*	Callidiope *f d* Calliope *t a* f^2 γ_2
XVII 234	ipsa *D*	Idiia *P* ipsa erat *G* yxea *t* yssea g_1 non erat ipsa *f d* ipsea, impea, Illaea, Gypsea ipsaque *ω* Idyia *Delrius Sedlm.* cf. Lennep ad loc.
XVIII 62	Latmia *D*	lathmia *t* lamia *l* lamia (*ω*) lania *σ*
XVIII 151	Andromedan *D*	Andromachen g_1 Andromacen *d* Andromedon γ_2.
XVIII 166	Eleo *D*	a loco elieo *b*
XIX 128	Helle *D*	Helles P^2 *G d e a* g_1 γ_2 *b* Hellis P^1
XIX 133	*'Αλκυόνη ἡ τῷ Κήυκι καὶ τῇ 'Αλκυόνῃ γεγενημένη* —	*D solus.* Hic locus in omnibus libris corruptus adhuc omnem respuit emendationem. Cf. Sedlm. ad loc.
XIX 175	Pagasaeus	Pegaseus *G V* Pagareos *P*
XX 223	Coriciis *D V G* Coriciae nymphae saepissime laudantur cf. Aesch. Eum. 22. Soph. Ant. 1124. Strab. IX 417. Paus. X 32. schol. Apoll. Rhod. II 713. Etym. M. 676, 11. Nonnum IX 287.	Corinthiis *a d* (*ω*) Carthaeis *coni. Buttmann Mythol. II 120 sq.*

Prorsus singularem scripturam eamque corruptam uno tantum loco legimus.

XIII 25	*'Υψίπυλος D solus*	Iphiclus *P*(?) Isiphiclus *G* (*Loers*) yphidus *G* (*Sedlm.*) ysichius *f* isyphius *e* isyphilus γ_2 ysiphides *d* hyphicus *a*

»Certe igitur« ut verba Sedlmayeri de codice Parisino mea faciam, »magna in eo posita est virtus huius libri, quod nomina propria, quae in omnium temporum codicibus notum est foedissimis mendis detur-

bari consuevisse, tanta cum fide integra servarit,« quae quidem virtus vel ex ea scriptura singulari clarissime elucet, quam nunc in fine huius capitis paullo accuratius inspiciamus.

Legimus Epist. VI 47 sq. haec:

»Quid mihi cum Minyis, quid cum *Tritonide* pinu,
quid tibi cum patria, navita Tiphy, mea?

quae verba sic vertit Planudes:

Τί μοι τοῖς Μινύαις, τί μοι τῇ Δωδωνίδι νηί[112]), *τί σοι ναῦτα Τῖφυ τῇ ἐμῇ πατρίδι.*

Codices ad unum omnes praebent: Tritonide pinu. Accuratissime vertit omnia Planudes, nisi quod pro Tritonide legimus Dodonide, quod et sententiae et metro apte convenit. Quodsi quaeritur, ecquo modo illam scripturam ortam esse putemus, alterum sit necesse est de duobus. Aut enim interpres mera ex libidine traditam scripturam, quae est Tritonide, mutasse aut re vera Dodonide in codice, quem in manibus habebat, legisse existimandus est. Res non est difficilis ad disceptandum, nam extra omnem dubitandi aleam poni potest interpretem egregiam illam lectionem ipsi codici, quo usus est, debuisse, neque hoc quemquam mirum habebit in eo libro, quem tot locis reliquis codicibus bonitate praestare vidimus. Nam bonitate semel demonstrata, lectiones eiusdem codicis, quem viri docti contemnendum esse putaverunt, statim maiore consideratione dignae esse videntur, quam si eaedem in libris, qui prorsus nihil habeant quo commendentur, legantur. Atque ea ipsa de causa factum est identidem, ut viri docti unius codicis auctoritate adducti scripturas in textum reciperent, quas procul dubio omnino sprevissent, si eaedem libris deterioribus traderentur.

---

[112]) Sic ubique Planudes pinus, figura metonymiae quae dicitur neglecta, vertere solet cf. Met. II 185. XI 468. XIV 88. XV 742 quae ratio vertendi vel ex eo loco, quem legimus Met. XIV 535 liquide apparet, quod ea verba, quae sunt »pinus Idaeo vertice caesas« sic Graece expressit »*τὰς ναῦς ἐκ τῆς Ἰδαίας κορυφῆς τετμημένας*« quo loco non est omnino, cur »pinus« proprio sensu non intellegatur. Quae cum ita sint, non dubito quin eo quoque loco, in quo versamur, interpres pinu legerit.

Solum Ep. XVIII 158 fortasse de scriptura codicis Planudei ambigi potest propter varias codd. lectiones.

ἡ Θετταλὴ ναῦς — pinus P t d γ_1 g_1 g_3 puppis γ_2 σ navis G.

Atque primum quidem, ut ad rem ipsam accedamus, animadvertendum est interpretem constanter id cognomen deae Minervae, quod est Tritonis, *Τριτωνίς* vertisse cf.

Met. III 127 monitu Tritonidis — *παραινέσει Τριτωνίδος*

Met. V 645 Tritonida in urbem — *ἐπὶ τὴν τῆς Τριτωνίδος πόλιν.* Item Met. II 783. 794. V 250. 270. VI 1. VIII 548. XV 358.

Itaque nulla omnino causa excogitari potest, qua adductus Planudes pro notissimo illo epitheto hoc unico loco aliam vocem eamque longissime repetitam substituerit. Sed etiamsi illum ex arbitrio tantum hanc audacem mutationem sibi permisisse concedam, quamquam simile libidinis exemplum in tota interpretatione frustra quaeras, tamen scriptura, de qua agitur, nullo modo Planudis esse potest. Nam negaverim illum habuisse omnino, unde eam lectionem, quae est *Δωδωνίδι*, sumere posset, idque ob causam, ut opinor, dilucidam. Dodonis enim, Argo navis epitheton, in litteris et Graecorum et Romanorum bis tantummodo legitur, quorum quin alter locus insuper ab altero petitus sit, dubitare nequit.

Legimus autem in Argonauticis Apollonii Rhodii (I 527 et IV 583 M.) hunc versum:

»*Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ*«

ad quae verba scholiasta adnotat:

πιθανῶς ἐκ τῆς Δωδωνίδος φησὶ δρυὸς τὸ ξύλον εἶναι ἐν τῇ Ἀργοῖ τὸ φωνῆεν ἐπεὶ καὶ αὐτὴ ἐφθέγγετο ὥς φησιν Ὅμηρος [ξ 327]
ὄφρα θεοῖο
ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο [*Διὸς*] *βουλὴν ἐπακούσοι.*

Alter locus eo libro, qui nomine Apollodori bibliothecae vulgo fertur, (I 9, 16) continetur:

Κατὰ δὲ τὴν πρώραν ἐνήρμοσεν Ἀθηνᾶ φωνῆεν φηγοῦ τῆς Δωδωνίδος ξύλον.

Quae ex Apollonii poemate deprompta esse, neminem fugere potest[113]).

[113]) Quanta Pseudo-Apollodorus Argonauticorum poetae deberet, Robert primus in illa dissertatione, quae est de Apollodori bibliotheca Berolini 1873, multis exemplis allatis luculenter demonstravit p. 77 sqq. cf. eundem virum doctissimum Bild und Lied (Philol. Unters. V) p. 246.

Itaque, si quis neget illud Dodonide pinu iam in codice Planudeo exaratum fuisse, eum statuere oportet interpretem non solum Apollonium legisse, cuius rei in scriptis illius nullum apparet vestigium, sed etiam ingens illud opus tam tenaciter memoria tenuisse, ut statim ei inusitatissimi illius epitheti in mentem veniret, quod pro simplici codicum lectione substituere non dubitaret. Quodsi verum esset, quod ne umbram quidem habet probabilitatis, nonne, quaeso, Planudes talium quoque versuum, quales hi sunt, meminisset?

I 721 sqq.

Αὐτὰρ ὅγ' ἀμφ' ὤμοισι θεᾶς Τριτωνίδος ἔργον
Δίπλακα πορφυρέην περονήσατο, τήν οἱ ὄπασσεν
Παλλάς, ὅτε πρῶτον δρυόχους ἐπεβάλλετο νηὸς
Ἀργοῦς κ. τ. λ.

et I 550 sq.

Πηλιάδες κορυφῇσιν ἐθάμβεον εἰσορόωσαι
Ἔργον Ἀθηναίης Τριτωνίδος.

Quae omnia ita comparata sunt, ut tantum abesset ut interpres illud Tritonide temere mutaret, ut gravissimae causae ad vulgatam lectionem retinendam eum impellerent.

Rem certam tertio denique argumento communiamus. Si enim Planudes scripturam, quae est Dodonide pinu, non ex codice Ovidiano, sed ex Apollonio vel Apollodoro sumpsisset, permirum foret, cur non etiam illud *φηγοῦ*, quod, si non ad ipsam vim vocis, quae est pinus, quadrat, certe sententiae quam maxime convenit, simul cum illo *Δωδωνίδι* mutuatus esset, praesertim si re vera pinus in codice Latino legeret. Sed non est opus ratiunculas sectari in re non dubia. Cum igitur Planudes tali licentiae, qualis ea mutatio est, de qua agimus, indulgere non soleat; cum porro, etiamsi vellet Latina mutare, nihil haberet, unde sumeret id quod apud eum legimus, consequitur eam lectionem quae est Dodonide in ipso codice exaratam fuisse. Atque profecto hanc scripturam, si non praeiudicata mente consideraveris, Ovidio eam non esse indignam iudicabis, quem poetam reconditas atque longe repetitas appellationes captasse scimus. Neque dubito, quin id ipsum epitheton ex Apollonio sumpserit. Cui opinioni nihil obstat, quoniam illum poetam quasi inscium, quae erat

eius vis memoriae, cum ab aliis poetis tum etiam ab auctore Argonauticorum plus semel versuram fecisse nota res est.

Haec habui, quae proferrem de condicione eius codicis Heroidum, qui Graeca interpretatione Maximi monachi Planudis ad nos pervenit. Atque mihi omnia, quae disputavi, respicienti haec demonstrasse videor.

Exemplar Latinum, quo usus est interpres, ex nullo, qui quidem exstat codice, aut originem traxisse aut omnino pendere existimandum est. Rediit autem ad eundem archetypum, ex quo nostri libri fluxerunt omnes, atque non paucis locis solus servavit illius codicis integritatem. Quod ad rationem, quae inter exemplar illud deperditum nostrosque codices intercedit, attinet, id saepissime cum P contra reliquos, cum consentire tum etiam Puteanum optimum atque antiquissimum codicem aut solum aut uno vel altero libro assentiente haud raro bonitate praestare vidimus. Quod etsi non parvi est aestimandum, tamen non magni momenti est, cum idem aliqua ex parte etiam de aliis libris recentioribus valet; multo maioris est momenti, quod codicem Planudeum, licet ipse satis multis corruptelis abundet, codicibus saec. XIII puriorem fuisse comparatione, quam instituimus, liquido apparet. Neque prorsus alia ratio est de Guelpherbytano, quo codice exemplar Planudis, praesertim cum copiam lectionum, quibus dissentiunt, respiciamus, si non melius, certe non multo inferius evasit. Versibus autem insiticiis, cum omnes fortasse praeter P V G codices foedati sunt, tum etiam codex D liber non est, quamquam multi desunt, qui in aliis libris leguntur[114]).

Quodsi reputamus lectiones exemplaris Heroidum Ovidii ex Graeca interpretatione quasi expiscandas fuisse; si porro non obli-

[114]) Epist. IV 131 sq. *exhibent* $t\ d\ e\ \sigma\ \gamma_2$.
» VII 25 sq. » $t\ \alpha\ e\ f\ \sigma$.
» VII 95 sq. » *t Regius Heinsii.*
» VIII 19 sq. *exhibet* v_3.
» IX 81 *exhibent* $G\ \omega\ (\gamma_1\ b\ v_1\ \gamma_2\ v_3)$.
(Eximiis pompis praeconia summa triumphi.)
» IX 83 sp. *exhibent* $P^2\ \gamma_1\ g_3$.
(Exuviis positis meritarum semina laudem.)
» XII 81 *exhibet* g_1.
» XVIII 3 » σ.
cf. Sedlm. Proleg. p. 69 sqq.

viscimur permultos errores ex parum idonea linguae Latinae peritia et neglegentia interpretis ortos esse; quotiens denique etiam librarius in Graecis verbis describendis socordia peccaverit: haec omnia si ponderamus, vel inviti eum codicem, qui tot locis cum optimo libro contra reliquos conspiret, qui libris recentioris aetatis praestabilior evadat, qui saepissime coniecturas virorum doctorum mirum in modum confirmet, qui denique in nominibus propriis exarandis prorsus insignis sit, eum dico codicem non omnis virtutis atque auctoritatis expertem fuisse concedimus. Neque dubitabimus, quin ex hac interpretatione utiles ad crisin in Heroidibus factitandam redundent fructus, neque refert quicquam, utrum codicem D ipsum antiquissimum fuisse an ad pervetustum redire statuas exemplar. Quae cum ita sint, iudicium, quod Diltheius de hac interpretatione Planudea, una tantum epistula corruptissimi apographi nisus, his verbis fecit, nullo modo probare possum. »Apparet Planudem usum esse vili quodam libro eius generis, cuius sexcenta nos possidemus exemplaria ac bonum hominem desudasse in eisdem fere corruptis sensuque haud raro cassis versibus exprimendis, qui hodie leguntur in interpolatis libris . . . . si nil aliud, certe hoc ex istis pagellis discatur ab eis, quorum interest, Planudeam versionem ad emendandas epistulas Ovidianas nullius esse usus, ut, si cui forte totius editae versionis desiderium fuerit, hoc iam specimine contentus sit futurus.«

De aetate Planudis.

Initio disputationis meae delectum codicum, qui ad exemplar Planudeum instaurandum adhibendi essent, aetate interpretis probavi. Quod tum posui, nunc mihi est demonstrandum.

Planudi enim accidit, ut inde a Volaterra, quem omnes[116]) sine iudicio secuti sunt, plus quadraginta annis post mortem floruisse cre-

---

[115]) Cf. Dilthey, De Callimachi Cydippe p. 139.

[116]) Lambecius Catal. Bibl. Vindob., Fabricius, Huetius, Hodius, Vossius Saxius Onomast litt. Dorville Miscell, Ionsius, Boissonade, Bernhardy, Nicolai, Bergk, Hübner etc. ad unum omnes.

deretur. Dicit enim vir ille doctus in ingenti volumine, quod »Commentarii urbani« inscribitur capite 17, Planudem anno 1353 floruisse atque 1327 legatum Venetias missum esse. Quam notitiam unde sumpserit, indagare non potui, nam etsi ad Bessarionem, cardinalem illum clarissimum, provocat, mihi opera illius perlustranti non contigit illum locum reperire, quamquam multa a viro doctissimo de vita et scriptis nec non de ingenio Planudis proferuntur. Tum demum Maximilianus Treu egregia disputatione[117]) semel demonstravit illam temporum rationem falsissimam esse.

Invenit enim vir doctissimus hoc epigramma in Planudem a Gregorio[118]) quodam compositum, quod, si non artem poeticam, certe magnam mortui amici prae se fert admirationem.

Ἐπίγραμμα εἰς τὸν τάφον τοῦ κυρίου μαξίμου τοῦ πλανούδη παρὰ τοῦ γρηγορίου ὁμιλητοῦ αὐτοῦ.

Μάξιμος ἠγάθεος μουσῶν φίλος ἐνθάδε κεῖται
Ἀμφοτέρης γλώττης κῦδος ἀναψάμενος
Ἑλλάδος αὐσονίης θ' ὧν ἵκετο πείρατ' ἐς ἄκρα.
ἀλλὰ σὺ τόνδε βλέπων, μνώεό μοι θανάτου.
ὃς ῥὰ πατρώιον ὦ ξεῖν' οὔνομα ἔσχε πλανούδης
μάξιμος ἠγάθεος μουσοπολων ἀκρότης,
πέμπτην ἐξανύων ἐτέων δεκάδ' ἐσδ' ἄκρα μούσης
ξυμπάσης ἱγμένος, τύμβον τόνδε λάχεν.
ἀλλὰ σὺ τόνδ' ὁρόων θεὸν ὑψιμέδοντα λιτάζου
ἀμπλακίης δόμεναι τῷδε λύσιν φιλίην.
κ' οὔμοι καὶ μάξιμός ἰσόθεος θάνε που φώς,
ὃς ζῆν μυριάδας ἄξιος ἦν ἐτέων.
σὺν δ' αὐτῷ θάνε γραμματικῆς[119]) *μένος ἠδὲ ῥήτρης*
μοῦσα δὲ καλλιόπη ἔφθιτό γ' ἐκ μερόπων:
κάτθανε σοῦ φθιμένοιο λόγων ξύμπασα γέ τέχνη
μάξιμ' ἀοιδοπόλων μουσοπόλων τ' ἀκρότης.

---

[117]) Zur Geschichte der Ueberlieferung von Plutarchs Moralia I. Gymnasial-Progr. Waldenburg i. Schl. 1877. p. 14 sqq.

[118]) Eundem esse atque illum Gregorium ad quem epistula Planudis XXV missa est, non improbabiliter suspicatus est Treu.

[119]) Cf. Bandini Catal. II 320.

αἱ δ' εὐκλείδεω[120]) δείξεις αἵτ' αὐτοῦ πτολεμαίου,[121])
χρῆμα γ' ἔασι μάτην κείμενον ἐν χθονί που:
μάξιμε καὶ σὺ θάνες, σοφίης ὦ πάσης στήλη,
ἔφθιτο σῆς σοφίης ὦ φέριστε χύμα· φθιμένοιο
ἦ που μὰψ ἀλάληται πᾶς βρότος ἢ φάτις ἐστίν,
ὁππότε κ' ὦ σοφίης οἶκος τὺ κιχήσαο πότμου.

Nihil ex his versibus discimus, quod non etiam aliunde compertum habemus, nisi hoc unum. Apparet ex septimo versu Planudem quinquagesimum annum non multum excessisse. Qua cum re coniungendum est alterum. Disertis enim verbis Planudes in subscriptione codicis Marc. Gr. 481,[122]) quo Evangelium Iohannis continetur, ab ipsius manu scripti testatur se illum codicem Sept. anni 1302 confecisse. Quoniam igitur quinquagesimum annum aetatis non multum egressus est, si non pluribus, id quod valde probabile est, at certe viginti annis ante 1350 e vita discessisse existimandus est. Multis autem annis ante illum mortuum esse extra omnem dubitandi aleam ponitur loco Georgii Pachymeri de Andronico II. Palaeol. vol. II p. 243 Bekker Bonn 1835:

ὁ γὰρ βασιλεὺς ἅμα μὲν τῷ ταῦτα γενέσθαι δι' ἐννοίας γενόμενος μὴ αἰτίαν σχοίη ὡς συμπράξειε δῆθεν (agitur de caede Venetorum) *πρέσβεις ἐκλεξάμενος τόν τε μοναχὸν Μάξιμον τὸν Πλανούδην καὶ τὸν ὀρφανοτρόφον Λέοντα, ἄνδρας ἐλλογίμους καὶ συνετούς, ἐπ' Ἀχουϊλίας ἀπέστειλεν, ἀπολογούμενος τῷ κοινῷ συνεδρίῳ τούτων καὶ καριστῶν τό οἱ ἐπὶ τοῖς τετελεσμένοις ἀναίτιον.*

Quae legatio Possino auctore (Bekker II p. 846) cadit in annum 1296, non, ut omnes inde a Volaterra et Fabricio esse volunt, in annum 1327. Cum igitur eo anno, quo legati munere functus sit »*ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ συνετός*« fuisse perhibeatur, quod non licet intellegi nisi de aetate matura, cum porro anno 1302 codicem illum descripserit atque tamen quinquagesimum annum non multum excesserit, neccessario consequitur Planudem, si non ante 1302, certe non diu post annum 1310 mortuum esse. Quae cum ita sint, intra annos 1250—1260 natus esse putandus est.

---

[120]) Cf. Epist. Plan. LXVII.

[121]) Cf. Iriarte I 263.

[122]) Cf. Treu l. c. p. 9. G. Kinkel. Die Ueberlieferung der Paraphrase des Evang. Iohannis. Zürich 1870. p. 5 sqq.

Ad quam argumentationem firmiter stabiliendam accedit nunc auctor, quo nemo in hac quidem re excogitari potest gravior, Planudes ipse, qui in epistulis legationem illam saepius commemorat.

Cf. Epist. V 39. *τῷ Ὀρφανοτρόφῳ κυρῷ Λέοντι τῷ Βαρδάλῃ.*

Οὔτε γὰρ Βένετοι πρεσβεύοντας ἡμᾶς ὡς αὐτοὺς ἐκτὸς φόβου τοῦ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν πρότερον ἢ ἐκεῖθεν σωθῆναι ἐδέξαντο, ἀλλὰ καὶ τοσούτοις περιτυχόντας δεινοῖς, ὅσα καὶ λέγειν ὀκνηρόν, εἰ μή τις βούλοιτο παλαιὰ τραύματα ἀναξαίνειν.

Epist. XXIX 8 sqq. *Τῷ Σγουροπούλῳ κυρῷ Δημητρίῳ.*

Μέμνημαι δὴ καὶ διὰ βίου μεμνήσομαι καὶ τῆς ἄλλης μέν σου τὰ πρότερα φιλίας, μάλιστα δὲ τῆς κατὰ τὸν Αὐλῶνα μεγίστης περὶ ἡμᾶς σπουδῆς τε καὶ κηδεμονίας, ἡνίκα, ἐμοῦ καὶ τῶν ἄλλων τοῦ αὐτοκράτορος πρέσβεων ἐκ Βενετίας ὑποστρεψάντων κ. τ. λ.

Epist. XXXI 31 sqq. *Τῷ Αὐτωρειανῷ.*

Ἀλλὰ τούτου μετὰ τὰ συμφωνηθέντα εὐθὺς ἐμοὶ πρὸς τὴν Βενετίαν ἀκολουθήσαντος κ. τ. λ.

Quae testimonia epistularum, quoniam omnes ante 1299[123]) scriptae sunt, nemo non intellegit quam egregie conspirent cum eis, quae supra exposuimus.

De origine autem infelicis illius erroris nihil certum enucleari potest, tamen equidem in eam delatus sum opinionem, ut arbitrer illum, quisquis erat, qui primus illa de aetate protulit, Andronicum II, quem anno 1332 mortuum esse scimus, cum Andronico III filio eius, quod saepius factum esse videmus, confudisse atque si tibi fingas ei innotuisse Planudem legatum Venetias venisse, facile eam legationem intellegi putare potuit, quae re vera anno 1327 Venetias missa est.

Sed non uno numero fructuosae sunt illae epistulae, nam eadem

---

[123]) De rebus chronologicis harum epistularum Treu in commentariis, quos editurus est, accurate aget.

[124]) Rem ita se habuisse etiam eo aliquo modo probabile fit quod, cum legatio anni 1327 saepissime in chronicis Venetianis commemoretur, tum de priore legatione anni 1296 altum est silentium apud omnes. Neque enim apud Muratori neque in Dandoli chronicis neque denique in eiusdem libro pactorum adhuc inedito ullum vestigium legationis anni 1296 invenitur, ut Soranzo comes Venetiis et Dr. Metzger Vindobonae libris illis mss. inspectis, in litteris ad me datis, quae erat eorum benignitas, mecum communicaverunt.

quinta epistula contingit nobis, ut annus, ante quem Planudes hanc Heroidum interpretationem composuit, definiatur.

Legimus enim Epist. V 68 sqq. haec:

Ἐγὼ δὲ καὶ περὶ βιβλίου τινὸς ἀξιῶσαι βούλομαι· Βοήτιος[125]) *ὄνομα τῷ βιβλίῳ. τοῦτο ἐγὼ μετήνεγκα μὲν ἐκ τῆς Λατίνων γλώττης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἔχρησα δὲ πρὸ ἐτῶν ἤδη που τεττάρων τῷ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἰατρῷ ἐπιδημήσας ἐκεῖσε· ὁ δὲ λαβὼν οὐκέτι βούλεται ἀποδοῦναι. καὶ οὐκ οἶδα τί καί φησι. σὸν οὖν ἂν εἴη δεῖξαι, ὡς οὐκ ἀγνώμων ὁ ἰατρὸς οὐδ' οὐδενὸς ἄξιος ὁ »πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων« μαρτυρούμενος εἶναι, οὐδ' ὅτι προαιρούμενος ἀδικεῖν ἐπὶ τοσόνδε τοῦ χρόνου τὸ βιβλίον παρακατέσχεν, ἀλλ' ὅτι τοῦ διακομίσοντος ἦν ἀπορία.*

Si ponimus ultimum annum, quo haec epistula scripta esse potest, i. e 1299, quamquam verisimile est illam iam antea esse compositam, consequitur, illum Boethii librum — spectat autem Planudes ad eos libros qui sunt de consolatione philosophiae — iam anno 1295 confectum esse.

Iam vero cum illa Boethiani operis praeclarissimi conversio[126]) inter omnes interpretationes Planudeas principem locum obtineat, quod vel unius capitis lectione prima statim fronte intellegitur, cum porro nullam habeat verisimilitudinem interpretem, quo magis aetate progressus sit eo inferiorem Latinae linguae scientiam artemque vertendi prae se tulisse, consequitur Heroides Ovidii ante Boethianum opus in Graecam linguam esse translatas. Quantum autem temporis spatium inter utramque conversionem intercesserit, hoc diiudicari nequit, quamquam praestantia huius, levitas illius ad magnum temporis intervallum spectare videtur. Certum est Planudem Heroides ante annum 1295 vertisse.

Si denique quaeritur, utrum Planudes illud exemplar Latinum ex Italia secum deportaverit an Constantinopoli invenerit, non ambigitur, ut opinor, in utram opinionem abeundum sit. Si enim recte statui-

---

125) De Boethii nomine, quomodo scribendum sit, cf. H. Usener. Anecd. Holderi. p. 43.

126) ed. Bétant Genève 1871.

Carmina Boethii Graece conversa per Maximum Planudem. Primus ed. Carol. Frid. Weber Darmstadii 1833.

mus Heroidas ante annum 1295 conversas esse, iam confectum erat hoc opus, cum Venetias profectus est interpres. Sed etiamsi hoc verum non esset, haud credibile est, qui tot tantisque periculis in Italia circumventus erat, quot ex epistula quinta v. 40 sqq. elucet, ei omnino facultatem Latinos codices conquirendi datam fuisse. Contra nihil profecto obstat, quominus illud Heroidum exemplar Byzantii invenisse putetur, praesertim cum videamus, iam alterum codicem Heroidum adhuc superstitem, dico Argentoratensem, olim Constantinopoli fuisse.

EPISTULA OENONES AD PARIDEM A MAXIMO PLANUDE

GRAECE REDDITA RESTITUITUR IN EAM FORMAM QUAM ANTE OCULOS HABUISSE VIDETUR INTERPRES.

EPISTULA V.

Oenone Paridi.

Perlegis, an coniux prohibet nova? perlege! non est
ista Mycenaea littera scripta (?) manu
Pegasis Oenone, Phrygiis celeberrima silvis,
laesa queror de te, si sinis ipse meo.
Quis deus opposuit nostris sua numina votis?
ne [tua] permaneam, quid (?) mihi crimen obest?
Leniter, ex merito quidquid patiare ferendum est:
quae venit indigne poena, dolenda venit.
Nondum tantus eras, cum te contenta marito
edita de magno flumine nympha fui
Qui nunc Priamides, — absit reverentia vero —
servus eras: servo nubere nympha tuli!
Saepe greges inter requievimus arbore tecti
mixtaque cum foliis praebuit herba torum.
Saepe super stramen fenoque iacentibus alto
depressa est humili cana pruina casa
Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos
et tegeret catulos qua fera rupe suos?

Litteris latius dispositis designantur in textu ii loci, qui a Sedlmayeri editione discrepant, in adnotatione eae lectiones, quae genuinae habendae sunt.

1 Nova *P* tua *G* perlegis hanc c. p. n. perlegere σ
2 scripta *e* cf. V. 26.
4 ipsa *P t* σ ipse *G E recte?* querar *t*.
6 tibi σ quid [o (?)] *G*
8 indigno *P Excerp. Put.* indigne *G E* ω *recte?* indigna *Heinsius*.
11 absit *P G* adsit ω (*g1 e d t pro v. l. g3* γ_2).
12 diva tuli *t*.
16 defensa *Parrhasius* depressa *P E f g1 g3* deprensa *G e t* γ_1 σ γ_2.
17 monstrabit *t* venantibus *f* saltis [u (?)] *G*.
18 quid *e*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ε.

Οἰνώνη Πάριδι.

Πότερον ἀναγινώσκεις ἢ ἡ νέα κωλύει σύζυγος. ἀλλ' ἀναγίνωσκε. οὐδὲ γὰρ τάδε τὰ γράμματα Μυκηναίᾳ χειρὶ γέγραπται.

Ἡ Πήγασις Οἰνώνη, ἡ παρὰ ταῖς Φρυγίαις λόχμαις ἐκφανεστάτη, ἀδικηθεῖσα μέμφομαί σε τὸν εἴπερ αὐτὸς συγχωροίης ἐμόν.

Τίς θεῶν τὴν οἰκεῖαν θειότητα ταῖς ἡμετέραις εὐχαῖς ἀντέθηκεν ὡς ἂν μὴ διαμείνω. τίς μοι κατηγορία προσίσταται.

Ὃ γὰρ ἂν ἀξίως πάσχοις κούφως φέρειν χρεών, ἡ δ' ἀναξίως ἐπιοῦσα ζημία καὶ ὀδυνηρὰ πρόσεισιν.

Οὔπω τοσοῦτος ἦσθα, ἡνίκα σοίγε ἠρκούμην ἀνδρί, μεγάλου ποταμοῦ φῦσα νύμφη.

Ὡς δὲ νῦν Πριαμίδης — ἄπεστω δὲ τῆς ἀληθείας [πόρρω] εὐλάβεια, δοῦλος ἦσθα. ἐγὼ δ' ἡ νύμφη τῷ δούλῳ γαμηθῆναι ὑπέμεινα.

Πολλάκις μεταξὺ τῶν βουκολίων ἀνεπαύμεθα δένδρῳ σκεπόμενοι καὶ πόα σὺν φυλλάδι παρέσχε κοίτην.

Πολλάκις ἐπὶ φυλλάδος καὶ βαθέος κείμενοι χόρτου ἐν ταπεινῇ καλύβῃ λευκὴν ἐπιέσαμεν πάχνην.

Τίς σοι ταῖς κυνηγεσίαις προσφόρους ἐδείκνυ λόχμας καὶ τίνι ἀπορρῶγι τὸ θηρίον τοὺς ἑαυτοῦ κρύπτει σκύμνους.

Retia saepe comes maculis distincta tetendi
   saepe citos egi per iuga longa canes.
Incisae servant a te mea nomina fagi,
   et legor Oenone falce notata tua:
25 (23) [Populus] est, memini, fluviali consita rivo,
   est in qua nostri littera scripta memor.
23 (25) Et quantum trunci, tantum mea nomina crescunt:
   Crescite, et in titulos surgite recta meos!
[Popule], vive, precor, quae consita margine ripae
   hoc in rugoso cortice carmen habes:
'Cum Paris Oenone poterit spirare relicta,
   ad fontem Xanthi versa recurret aqua'.
Xanthe, retro propera, versaeque recurrite lymphae!
   sustinet Oenonen deseruisse Paris.
Illa dies fatum miserae mihi duxit, ab illa
   pessima mutati coepit amoris hiems,
Qua Venus et Iuno sumptisque decentior armis
   venit in arbitrium nuda Minerva tuum.
Attoniti micuere sinus gelidusque cucurrit,
   ut mihi narrasti, [dure], per ossa tremor
Consului neque — enim modice terrebar — anusque
   longaevosque senes: constitit esse nefas.

---

19 distincta *P ω* distenta *e*.
20 longa *P G f a* γ_1 *t σ* summa *E* (*ω*).
23 recta *P G f t e* g_1 γ_2 recte *d* rite *Heins* aucta *σ*.
25 sq. omittunt *P G* 25 sq. 23 sq. *E a d e* γ_1 g_1 g_3 *σ* 23 sqq. *reliqui*.
